


AB

143012



T A B V L A E
T O T I V S D I A L E C T I

C E S, A L I A R V M A R T I V M I N S T R V
M E N T I P R A E C E P T A V T I I S S E M

breuiter complectentes, ordine perscripta digesta

Cornelio Valerio Ultraiectino, publico lingue

Latinae in collegio trilingui Buslidia-

no professore.

Nunc ab Autore diligenter ac
& breuibus annotationi
illustratae, & emen

oltr emm cogn
n argini adiectis
t. s. c. c. i. s. e.



C O L O N I A E A G R I P P H A E,

Universitas Mocerotis.

Anno M. D. LXVII.



H B 123 012

ILLVSTRI

AC MAGNAE VIR-
TVTIS ET ERVDITIONIS HEROI,

D. Ludouico à Flandria, Domino de Praet, Equiti
summi ordinis uelleris aurei, praesidi Hollan-
diae, &c. Cornelius Valerius ab Aud-
uater Ultraiectinus S. D.



VANQVAM optimo in-
re magna debetur gratia pri-
mis artium bonarum inuento-
ribus: nonnullam tamen & ijs
habendam putamus, quorum
opera & studio ueterū inuen-
tis horridis saepe nimiumq; ob-
scuris, cultus aliquis et lumē orationis accessit, ac pau-
lò commodior tradendi, faciliorq; ratio: quibus nostra
memoria plurimi neglectas artes excolere, & obscu-
ras illustrare sermonis perspicuitate, pro sua quisque
parte studuerūt. Nos uerò an lumen aliquod arti Dia-
lecticae praelclarae illi quidem atq; perutili, sed multis
tenebris obscuratae, rerumq; multitudine superuacua-
rum oneratae grauitè impeditae que attulerimus, &
quod magno publicae utilitatis desiderio studuimus,
asscuti simus, aliorum erit iudicium. Certè conati su-
mus perspicua quadam et expedita methodo, minusq;

A 2 mole

EPISTOLA.

molesta Latine scientibus oratione complecti ea, quae longis aliorum libris inquinato sermone tractata continebantur. Sed hoc opusculum uniuersum uideo, aut admirationis aliquid, aut reprehensionis habiturum. Nam aut mirabuntur, quid adiumenti hae tabulae tam exiguae ad artem adeo impeditam, tantisque uoluminibus, tum a ueteribus, tum a recentibus traditam adferant. quibus, si optimarum artium studio teneantur, nec ab humanioribus literis omnino sint alieni, satisficient tabulae ipsae diligenter perlectae: aut reprehendent morosi quidam: quod trita pleraque, et a uulgo recepta uocabula relinquam, inusitata requiram. Equidem liberè fateor, me libenter ab horrida illa et inculta superioris aetatis barbarie deficere, et cum peruetera dicam, noua tamen plerisque uideri et inaudita dicere. Verum cum nos etiam nonnihil consuetudini tribuendum putaremus, quamuis multis Latine praeter Dialecticorum quorundam morem dixerimus, non pauca tamen retinuimus, quae mutari uix posse uidebantur. In mutando Ciceronem ferè sumus autorem secuti, linguae Latinae principem: ad cuius etiam imitationem singulis argumentorum locis uarias Latine concludendi formulas adiecimus. Propositum autem nobis est, quam breuissimè in his partitionibus ea comprehendere, quae publicè iuuenibus in ludo literario diligentius quotidie, copiosiusque tradimus, ut rem la-

tissimi-

EPISTOLA.

tissimè explicatam, & mox in pauca uerba contractam, & citò dictam, ut præcipit Horatius:

Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Atque hæc omnia accuratè digesta in tabulas retulimus, quò uel ultrò (dū ob oculos quotidie uersantur) in adolescentum familiaritatem insinuarentur. Quem laborem ut tibi dicarem, prudentissimè Præses, uiro disertissimo omniq; liberali scientia & literis humanioribus perpolito, multi me docti pudentem nimium, ac sæpè subrusticè uerecundum hortabantur, tuo' que nomini primitias studiorum meorum, animum & obseruantiam in te meam testantes, cōsecrarem. Quamobrem confido te pro summa tua humanitate, & solita in eos, qui aliqua eruditionis fama commendantur, beneuolentia, hoc quicquid est, quod offertur, libenter accepturum, quod & studiosis adolescentibus profuturum, nec inutile præceptoribus fore spero: quo labor his docendi aliqua ex parte minuatur, & illis discendi ratio breuior efficiatur, & expeditior.

Hanc nouæ tractationis commoditatem & utilitatem, si qua est, facilitatemq; tibi, cuius nomine tabulæ nostræ diuulgantur, acceptam studiosi

ferre debent. Vale, Traiecti Batauo-

rum, Decimo Calend. Iunij,

M. D. XLV.

A 3 PRAE-

PRAESTANTISSI-

MO HEROI LUDOVICO A

*Flandria, Domino de Praet, & cæt. Equiti sum-
mi ordinis uelleris aurei, Cornelius Va-
lerius ab Auduater Ultraiecti-
nus. S. D.*



REDEUNT AD te, Heros
clarissime, Tabulae tibi dicatæ
noua libri forma, quam nunc
his primùm dedi, conspicien-
dæ, nouis aliquot & utilibus
accessionibus ita locupletatæ,
ut in his iam nihil prætermis-
sum uideatur eorum, quæ multis ab alijs tradita uolu-
minibus, molestum sæpè lectori fastidium adferunt. Ni-
hil hîc iam nec ij fortasse, qui in seculi prioris Diale-
cticorum uerba iurati rarò probare quicquam solêt,
nisi quod didicerunt ipsi, aut negligentia præteri-
tum, aut rerum parum utilium, sed non parum diffici-
lium ignoratione dissimulatum desiderabunt. Certè
nihil dissimulaui, nihil omisi, quod artis differendi stu-
dioso necessarium uidebatur; at uerò acutas istorum
delirationes interdum indicare, quàm explicare sa-
tius esse duxi, Interpretatus nuper admodum sum Lo-
uanij.

EPISTOLA.

uanij Tabulas nostras non mediocri sanè diligentia ac studio, quod incendebat etiam doctorum quorundam, quos frequentare nostrum auditorium animaduerti, præsentia. Quo quidem studio effectum est, ut quum multa sæpè fugere legentem soleant, docentem latère nihil ferè possit, sedulo conquiescim, quicquid ad utilem differendi rationem pertinere iudicabam, excusserim diligenter, quædam addiderim, nonnulla detraxerim: & ut in recognoscendo fieri solet, non pauca mutauerim: omnia uerò nunc ordine paulum immutato elaboratiora fecerim, et compositiora. Multa breuiter & perspicuè, faciliq; uia ac ratione sum complexus, plurimum, uti spero, profutura studiosis. Accipies igitur opusculum recognitum, uir doctissime, & frugiferis auctum præceptionibus, quoniam Tabulæ primùm in tuo nomine apparuerunt: quod te pro solita tua humanitate, & propenso in literarum humanitatis studiosos animo, libenter facturum esse benigneq; confido. Vale, Aureliæ, Calend. Octobris,

1547.

A 4 COR

CORNELII VALERII IN VNI- VERSAM DISSERENDI *rationem tabula.*

Quid Dialectica, & quot eius partes. Cap. I.

Aristo. lib. E-
lench. cap. II.
& 12.

Ratiocinandi,
verūq; à fal-
so internof-
cendi vis ani-
mis nostris
insita atq; in-
nata. Rodol-

ph^o Agric. li.
2. ca. 2. Cic. in

Academ. Dia-
lectica est ars
differendi, &
vera ac falsa
diiudicandi.

Officium
Dialecticæ.
Finis.

Plato in Phi-
lebo.

Partes Cice-
ro in Topic.



Dialectica est diligens differen-
di ratio, seu de quaque re pro-
posita probabiliter, & in u-
tranque partem disputandi fa-
cultas. Dicta & πὸ τοῦ διαλέ-
γεσθαι, id est, à differendo &
dijudicando, quam naturalis il-

la atque insita in animis nostris ueri & falsi notio pe-
perit, ex qua Cicero eam ueri & falsi quasi discepta-
tricem & iudicem uocauit. Ut autem Grammatica
bene loquendi artem, & Rhetorica bene dicendi: sic
Dialectica bene differendi communem quandam ra-
tionem ac uiam docet. Officium eius est, accommoda-
tè ad probabilitatem de quaque re proposita differe-
re. Finis est, probabiliter docere atq; concludere, uel,
ut Platoni placet, uera & falsa iudicare. Duas habet
partes, unam inueniendi, alteram iudicandi: illā Græ-
ci Topicen appellant, inueniendorum argumentorum
disci-

CORNELII VALERII.

disciplinam, qua loci continentur, ex quibus illa de-
 promuntur: hanc uero Criticem, quæ iudicandi uias ap-
 teq; colligendi præscribit, & argumentandi formas ac
 præceptiones tradit, ex quibus uera ac falsa iudican-
 tur. Inventionis elementa sunt, Vocum gradus & Ca-
 tegoria. Iudicandi rationis instrumenta sunt, Definitio-
 nes, Diuisiones, & Enunciationes: ex quibus Argumē-
 tatio cōstruitur, ad quam omnis ars inueniendi refer-
 tur. Quoniam autem duæ sunt docendi discendiq; ra-
 tiones, altera qua rem suas in partes dissoluimus: alte-
 ra qua totum ex partibus componimus, & à minutis-
 simis exorsi ad maiores progredimur, inde ad alias,
 quoad continenti progressionem ad finem peruenia-
 mus: hunc sequemur constructionis ordinem, quem et
 Aristoteles tenuit, cumq; breui tabella, quæ libro est
 adiuncta, spectandum exhibemus.

Duplex me-
 thodus, alte-
 ra dissolutio-
 nis, altera cō-
 structionis
 seu composi-
 tionis: illam
 Græci ἀνάλυ-
 σις, hanc σύνθε-
 σις vocant
 Ordo lib.

Quid differant inter se artes differendi, &
 quæ sit Dialecticæ materia, quid
 quæstio. 2.

Quid inter Dialecticam & Rhetoricam interes-
 set, Zeno Stoicus utranq; coniungens artem, ut refert
 Cicero in oratore ad Brutum, & repetit Quintilia-
 nus lib. ij. cap. xx. manu demonstrare solebat: ac Dia-
 lecticam compressis digitis pugno, Rhetoricam iisdem
 diductis & explicitis, palmæ similem esse dicebat: q;
 illa disputandi ratio contractior esset, hæc dicendi &
 ornandi latior atque splendidior: illa contenta sit do-

TABVLAE DIALECT.

Motum]vel delectando, vel concirando, Materia dialectices, quæ ftio probabilis,

Dialectici officium.

Arist. priorū Anal. I. ca. 31. Terræmot⁹.

docere, & rei dubiæ facere fidem: hæc præter fidem adhibeat & motum animorum. Vtriq; sunt res omnes quæ in disputationem incidere possunt, propositæ, & quæstiones omnes, simplices & coniunctæ, finitæ & infinitæ (quarum tamen finitæ magis Rhetorum sunt, infinitæ uerò Dialecticorum.) Quod non ita accipiendum est, quasi dicamus à Dialecticis tradi materiã, omnemq; rerum cognitionem, quam constat ex ijs disciplinis, quarum illæ sunt quæstiones, esse petendam: sed explicandæ rei cuiusque tractandæ que rationem, ac uiam præscribi: quomodo nec Arithmeticus numeros inueniendi, sed numerandi rationem tradit: nec Geometra agros inueniendi, sed metiendi. Docet enim Dialectica probationem omnem à definitione, genere, toto, partibus, causis, effectis, alijsq; locis ducendam esse: ipsam uerò definitionem, genus, speciem, & reliquos locos aliæ suppeditabunt artes. Vt si quaeratur, quid terræmotus sit, quid linea, quid basis, quid parallelus, quid Baptismus, quid sacrilegium, quid pleuritis: explicabunt earum artium, quarum hæc themata sunt, professores: physicus, geometra, astronomus, cosmographus, theologus, iuriconsultus, medicus: qui tamen omnes generalem hanc probandi rationem à Dialecticis mutuati, suæ quisque doctrinæ quæstiones explicant. Exempli causa: Terræmotus est agitatio seu conquassatio, qua terra commouetur à uapori.

CORNELII VALERII.

poribus ipsi inclusis, solisq; calore calefactis & im- Arist. lib. 2.
 pulsus excitata. Hanc definitionem nemo dixcrit ex Meteo. ca. 7.
 Dialectica petitam, cum sit Aristotelis et Physicorū. Vide Agrico-
 lam libro 2.
 Illa genera tantum ex suis ordinibus utcumq; suppedi- capite 7.
 tat, modumq; construendae definitionis docet: eruditi
 autem rem ipsam & materiam indicant, eamq; pro-
 prietatem quae generi addita, definitionem perficit. Sit Materia Dia-
 igitur quaestio probabilis argumentatione concluden- lecticae.
 da, Dialecticae materia in qua uersetur. Quaestionem Quid quae-
 hic intellige cum interrogatione elatam, & in dubium stio.
 uocatam orationem, quae duabus ex partibus constat,
 quas Dialectici uulgo subiectum & praedicatum ap-
 pellant: Grammatici literatores suppositum & appo-
 situm, seu nomen & uerbum: ut, An cometa sit stella?
 Hic subiectum est cometa, stella praedicatum, quod La-
 tine dicitur attributum. Quaestio quadruplex est: An Diuisiones
 sit, Quid sit, Quale sit, & Quamobrem sit, seu, quae questionum.
 sit causa rei. Omnis praeterea quaestio aut generis est,
 aut definitionis, aut proprietatis, aut accidentis: quod
 res omnis de qua quaeritur, aut ad essentiam eius per-
 tinet, aut accidens, aut proprietas, aut genus eius est,
 & inter hoc & alia discrimen. Omnis quoq; uel cog-
 nitionis est, uel actionis. Tum aut infinita aut defini-
 ta: cuius explicationem qui requiret, is ex Topicis &
 Partitionib. Cic. repetat. Eadem & Rhetorica subie-
 ta est materia, qua tractet & in qua uersetur. Eisdem
 enim

TABVLAE DIALECT.

Eadē Diale- *enim utraq; ars probandi instrumentis utitur, sed di-*
 cticæ & Rhe- *uersa, ut modò dixi, differendi forma: alijsq; artibus*
 toricæ instru- *rerum cognitionem concedens, sibi tractationem as-*
 menta. *sumit, siue rei natura sit explicanda, & ratione ac*
 Rerū expli- *uia, quam Græci μέθοδος uocant, excutienda: siue sit*
 catio & tra- *argumentatione aliquid aut confirmandum, aut refel-*
 ctatio pro- *lendum. Omnis enim quæstio uel expositione uel ar-*
 pria est disse- *gumētis explicatur: ex quo duplex item existit, quam*
 rentium. Ci- *deinceps tractabimus.*
 cero lib. i. de *Orat.*

Arist. lib. i.

De quæstione seu themate duplici. 3.

Top. cap. 7.

Duplex the-

Quæstionum igitur seu thematum genera duo

ma seu quæ-

sunt: quorum unum simplex, alterū coniunctum. Sim-

plexio.

plex est, cum de una uoce quæritur: ut, quid sapientia

Thema sim-

sit? quid studium? uel de pluribus etiam, sed rem unam

plex re vnā

declaratibus: ut, quid studium sapientiae, Græcè φι-

cōplectitur.

λοσοφία? Hic quæritur, an genus, species, differētia,

propriū, an accidens sit. Et an substantia, an quanti-

tas, an qualitas, &c. Quibus autem locis in explican-

Thema con-

da simplici quæstione sit utendum, tabulæ secundæ ca-

iunctū ex in-

pi. ult. tradetur. Coniunctum seu copulatum est, quod

tegra cōstat

ex integra constat oratione res duas plures uel com-

oratione res

plectente: ut, sit ne sapientia expetenda? Vbi quæri-

duas plures

tur, sit ne uerum, falsum, aiens, negans, uniuerse an ex

ue cōplecten-

parte dicens, necessarium an fortuitum. Quæ simpli-

te. Optima

ces ad uoces à differēte reuocata, ac particulatim ex-

cōiunctæ quæ-

cussa, dubitationē habere sæpè desinunt. Iisdem enim

stionis expli-

ferè

candæ ratio.

CORNELII VALERII.

ferè locis, & in coniunctarum questionum explica- Nomē ambi-
 tione licebit uti. Nominis ambiguitas summoperè ca-
 uenda est: quæ si fortè incidere, initio disputationis excutiendū.
 enumeratis significationibus indicabimus, quo intel- Quot modis
 lectu nomen accipi uelimus. Themata simplicia duo- quidq; dica-
 bus potissimum tractantur instrumentis, definitione tur, docet A-
 & diuisione: coniuncta autem, una argumentatione, risto. li. i. To.
 cuius gratia præcepta omnia sunt comparata. His cap. 12. & 13.
 partibus proprium Dialectices munus, quod est Argumenta-
 docere seu diligenter differere, perficitur: de quibus rum omniū
 Cicero libro 5. Tusc. questionum ita scribit: Sequitur scopus.
 tertia (Dialectica) quæ per omnes sapientiæ partes Dialecticæ
 manat, & funditur, quæ rem definit, genera dispartit, propriū do-
 sequentia adiungit, perfecta concludit, uera ac falsa cere, & ordi-
 dijudicat, differendi ratio, & scientia. Et in bruto: ne explicare.
 Nisi eam præterea didicisset artem, quæ docet rem Dialectica
 uniuersam tribuere in partes, latentem explicare de- cōmune to-
 finiendo, obscura explanare interpretando, ambigua tius philoso-
 primum uidere, deinde distinguere, postremò habere phæ instru-
 regulam, qua uera & falsa iudicarentur, & quæ qui- mentū ad ve-
 bus propositis essent, quæq; non essent consequentia. rū ac falsum
 *Ex quibus uerbis hæc intelliguntur præcipua Diale- iudicandum.
 ctices officia, obscura definire, uniuersa diuidere, ar- Dialectices
 gumentis seu probationibus, quas inuenire Topicè do- officia, præ-
 cet, uera confirmare, & refutare falsa. Definitio & fertim criti-
 diuisione colliguntur ex uocibus & categorijs, quarum nis & diuisio
 sunt voces et nis elementa
 categoriæ. sunt voces et
 illæ categoriæ. i.

TABVLAE DIALECT.

rerū appella- illæ rerum appellationes, hæ classes ordinesq; notant,
 tiones, & or- quæ sunt utriusq; instrumenti elementa, ea recentio-
 dines. res prædicabilia & prædicamenta nominârunt: nos,
 Prestat Græ- ut Cicero monet, uerba non satis apta fugientes, Græ
 cis uerbis v- ca usurpare, quàm parum Latina malimus: concediq;
 ti, quàm pa- nobis oportere putamus, ut Græco uerbo utamur, si
 rû Latinis. quando minùs occurreret Latinum. Notandum est hoc
 Noia primæ & secunde in- Cice. loco, duplicem esse nominum rationem: quarum alia
 tentionis. lib. i. Acad. uulgò dicuntur primæ intentionis seu impositionis,
 quæstionû. que primò rebus imposita sunt, quibus exprimere sen-
 Artib⁹ ut in Grámat. Dia- sa dicendo possimus. Alia secundæ, quibus in traden-
 lect. & Rhet. dis artibus utimur, quæ nominum nomina Boëtius ap-
 Vide cap. 30. pellat: qualia sunt nomen, pronomen, uerbum, supi-
 extremû de num, apud Grammaticos: & hîc, genus, species, diffe-
 varia voca- rentia, proprium, &c. Canis nomē animalis omnibus
 bulorû signi- notis, uox primæ intentionis dicitur: sed quia nomen
 ficatione. hoc omnibus canibus accommodatû spectat Dialecti-
 Noia primæ intentionis re- rû sunt, secū- cus, uocem eandem speciem appellat, quæ uulgò iam
 rû sunt, secū- dae nominû: secundæ intentionis dicitur.
 illa propriè De uocibus quæ prædicabilia ^{uulgò in solis} nominantur,
 reb⁹ cōueni- indiuiduo, specie, genere, differentia,
 unt, hæc sunt- proprio, & accidente. 4.
 aliorû nomi- **P** Rædicabilia rectiùs Græcè κατηγοριμείνα,
 nû indices. seu φωναι, & Latine uoces seu uocum gradus
 Voces seu uo- ^{uocis} appellentur, quæ dicuntur de alijs, rebusq; cognatis
 cû grad⁹. Vo- ^{alios, subiectum aut obiectum, & alium sibi}
 cum diuisio, ^{quæ sunt, qui non sunt uocis referunt} tituli uice tribuuntur. Dicuntur autem uoces aut de
 auto. Porph. ^{non tantum uocem unam}
 cap. de gene. uno, aut de pluribus.

De

CORNELII VALERII

De Indiuiduo. 5.

Indiuiduum

a quæ de uno dicuntur, indiuidua nuncupantur, proprie di-
 & rem duntaxat unam significant, ut, Mars, Pluto, ctum.
 Cero, Cerberus, Pegasus, Sirius, Ossa, Oceanus, Ae. Dici de vno
 geum, Italia, Roma, aliâq; nomina propria, quæ notâ. hîc vnam re
 ur interdum aut pronomine demonstratiuo: ut, hæc notare signi-
 herba, item aurum Croesi, Titij testamentum. Aut alia ficat.
 s periphrasi rem certis quibusdam notis indicant. *πιδφαικός.*
 Troiani belli scriptor uel poëta, id est, Home- *ωριφρασιός,*
 ærta filius, Vlysses. Indiuidua, quod de uno tan- *καὶ ἐξο-*
 non de pluribus dicantur, quidam de uocum nu- *χιη.*
 o eximut. Appellantur hæc uulgo in ratione pro- Indiuidua
 iatorum termini singulares: communes uero uo- proprie di-
 ces termini uniuersales: illos Grammatici nomina pro- ceda nō sunt
 qualitatis uocant, hos appellatiuæ. Omnium au- predicabilia.
 uocum communium origo est indiuiduum, cui pro Termini in-
 nè species infima tribuitur, & huic genus: ut, Vir- diuidui.
 s est homo, homo est animal. Termini ge-

De uocibus communibus. 6. 6. 6.

Quæ de pluribus dicuntur, uoces communes appel-
 lur, quæ uulgus uniuersalia nominat & prædica-
 a: tribuunturq; singula pluribus, quæ numerantur
 c ordine quinq; genus, species, differentia, propri-
 & accidens. Nos ordiri a specie malumus.

De Specie. 7.

Species, seu forma, est id, de quo genus dicitur in Porph. cap.
 estione, quid sit: seu quod generi subijcitur, ut ho- de specie.

mo

Tagan...
T...
T...

Species sit non recipi...
in grammatica...
indivisi...

TABULAE DIALECT.

Species vlti-
ma cois vox
est, proxima
indivuidis.
Porph. cap.
de genere.
Subalterna
est species fu-
perioris, ge-
n^o inferioris.
Species & ge-
n^o notiones
funt. Idee fut
originales re-
ru species,
interprete
Macrobio.
Generis] Na
gen^o multas
& diuerfas
formas copre-
hendit.
Vfus speciei.
Plures speci-
ei significa-
tiones.
Porph. cap.
de specie.
Porph. cap.
de genere.
Aristo. Top.
lib. i. cap. 4.

mo animali, candor colori, triangulum figura, et cet.
Species duplex est. Aliam enim specialissimam nomi-
nant, aliam subalternam. Specialissima (Latine ultima
seu infima) est, qua de indivuidis tantum, seu numero
differentibus in natura questione dicitur, qua sem-
per est species, nunquam genus: ut, homo de Platone
dicitur, equus de Bucephalo. Subalterna (Latine inter-
iecta) est, qua diuersa ratione & species & genus es-
se potest; species quidem, cum superiore collata: ge-
nus uero, cum inferiori. Talia sunt, animal, piscis, auis
&c. Nam quod generi subest, species dicitur: quod
subiectas complectitur partes, genus. Species est com-
munis imago, quam notionem uocamus, ex indivuiduo-
rum cognitione multoru ab animo nostro percepta,
quam id est appellat Græci, et nonnunquam id os.
Sic lupum aliquoties conspicati quocunq; loco occur-
rentem agnoscimus: sic alias animalium rerumq; for-
mas innumerabiles. Sed generis notio latior est, quam
ut eius imago facile proferatur. Veluti si pingi tibi
animali iubeas, incertum est quid uelis, nisi nomen ad-
das speciei, ut cerui, lupi, &c. Speciei usus est in decla-
randa generis amplitudine. Accipitur etiam species
pro forma, & pulchritudine: unde speciosus, pulcher.
Et pro simulatione, ut species boni uiri, species belli.
Et pro uiso. Horatius: Vanæ finguntur species. Et pro
hypothesi apud Iurisconsultos, seu casu.

Species vltima
est, proxima
indivuidis.
Porph. cap.
de genere.
Subalterna
est species fu-
perioris, ge-
n^o inferioris.
Species & ge-
n^o notiones
funt. Idee fut
originales re-
ru species,
interprete
Macrobio.
Generis] Na
gen^o multas
& diuerfas
formas copre-
hendit.
Vfus speciei.
Plures speci-
ei significa-
tiones.
Porph. cap.
de specie.
Porph. cap.
de genere.
Aristo. Top.
lib. i. cap. 4.

DE

CORNELII VALERII.

De Genere. 8. ^{9. *Yeros.*}

Genus est uox communis, seu notio, quæ de multis specie differentibus dicitur, in qua questione quid sit. Seu, id cui subiiciuntur species: ut animal, ars, uirtus, uas, gemma, contractus, &c. quæ singula plures formas seu species communiõne quadam complectuntur: Ut, animali subsunt homo, & bestia: arti Dialectica, Physiæ, &c. uirtuti prudentia, iustitia, etc. uasi congius, amphora: contractui emptio, &c. Duplex est genus, appellatum uulgò generalissimum, & subalternum. Generalissimum (Latine summum) est, quod cum supremum sit, nulliq; subiectum, species esse non potest: ut sunt substantia, quantitas, qualitas, & reliqua categoriarum capita, seu genera summa. Subalternum genus (Latine interiectum seu medium) quod inter summum genus, & speciem ultimam interiectum est, & species esse potest: ut, corpus, animal, arbor, lapis, piscis, auis, &c. quæ cum inferioribus collata, genera sunt: cum superioribus, species. Præter hanc Dialecticam generis significationem plures à Porphyrio numerantur. Accipitur enim genus pro generationis principio. Virgil. Et mi genus ab Ioue summo. Sic Oresten à Tantalò duxisse genus dicimus. Item que Pindarum Thebanum genere, Platonem Atheniensem. Et pro qualitate & conditione: Quod genus hoc hominum & c. Generis nomen sæpè Latini pro specie accipiunt:

B ut, multis

& lib. 4. ca. I.

Notio græcè

ἐννοια & πρῶ-

ταυσι.

De differen-

tib. vide in-

fra cap. 29.

Gen^o de for-

mis dicitur,

cum quid sit

res, quærit:

quod uulgò

dicunt, præ-

dicatur in

eo, quod quid

est. Porph:

cap. de spe-

cie.

Plures gene-

ris significa-

tiões. Porph:

capit. de ge-

neris.

Vtile genus
est ad copia
orationis.
Genera &
species diffe-
rentijs pprijs
& accidentib.
distinguunt.
Omnipoten-
te & incōpre-
hensum Deū
categoriae li-
mitib. cōclu-
dit antiqui-
tas, cui vna
est essentia, p
sonae tres.


TABVLAE DIALECT.

ut, multa sunt herbarum genera. Genus in species tri-
butum, copiam etiam orationis suppeditat Rhetori.

Series generum & formarum. 9.

Quae summa genera sint, quae interiecta, quae item
species ultimae, & quae sint interiectae, demonstrabunt
tabulae subiectae ex prima & tertia categoria conse-
ctae (nam idem potest & in alijs ordinibus ostendi)
in quibus genera & species medium locum obtinent:
differentiae, quibus illa distinguuntur, utrinque latera
claudunt. X X X X X X X X X.

Ordo generum & formarum ex cate-
goria Substantiae.



Ordo generum & formarum ex catego-
ria Qualitatis:

Qualia

CORNELII VALERII.



Generum & specierum aliquot exempla
ex omnibus ordinibus.

Genera	Species	Genera	Species.
Elementū	Ignis, aër, &c.	Ars	Grammatica, Physica
Metallum	Aurum, æs, &c.	Virtus	Prudentia, iustitia
Arbor	Malus, pyrus, &c.	Habitus	Virtus, vitium
Fructus	Malum, pyrum	Immutare	Calfacere; &c.
Frumentū	Triticum, fecale	Immutari	Calferi, &c.
Legumen	Phaselus, eruilia	In loco	In vrbe
Corpus.	Sphæra, tessera.	Aestate	Ineunte, adulta, &c.
		Situm esse	Stare, sedere, &c.
		Armatus.	Hastatus.

De differentia. 10.

B 2 Diffes

TABVLAE DIALECT.

Porph. cap.
 de different.
 Differentia
 triplex: pri-
 ma, quis cō-
 mutatio: se-
 cūda, cōiun-
 ctū accidēs.
 Vtraq; diuer-
 sum efficit: il-
 la separabile,
 hec non sepa-
 rabile: sed
 tertia certā
 speciē. Boeti-
 us de diuisio-
 nib. Aristot.
 Top. li. 6. c. 3.
 Differentia.
 Eodem cap.
 Nūc satis no-
 tū est, animal
 ratioe predi-
 ctū tantū de
 hominib. di-
 ci, nō etiā de
 spiritu q nō
 est animal, vt
 iam nō sit ne-
 cesse addere
 definitioni,
 mortale. Por-
 ph. eodē cap.
 Differentia-

Differentia dicitur, qua res inter se differunt. Ea
 Porphyrio triplex est: communis, propria, & maxi-
 mē propria, quam specificam dicunt. Communis, est
 accidens separabile, & qualecunq; discrimen: uelut
 quo tristis ab hilari, agilis a remisso, & uir seipso o-
 lim puero distat. Propria, accidens inseparabile, quo
 cygnus a coruo candore differt: is qui caecos habet o-
 culos, ab eo qui nigros. Vtraq; fortuita discrimina no-
 tat, nec ad hunc locum pertinet. Tertia, quae maxime
 propria dicitur, naturalis est, & speciei procreatrix,
 quae uocum communium tertia numeratur: uerumq;
 discrimen ostendit, quo species unaquaeq; a ceteris dis-
 stat, quam Porphyrius ita definit: Differentia est, quae
 de multis specie (uel numero) differentibus dicitur, in
 questione qua, quale quid sit, queritur: ut ratioe pre-
 ditum, de singulis hominibus; & rationis expertis, de
 leone, equo, ceterisque animantibus dicuntur, quibus
 differentijs & homines & bestiae distinguuntur: ut
 corporeo & incorporeo substantia diuiditur: anima-
 to & inanimato corpus; bono et malo affectus, &c.
 Differentia naturalem uim eorum, quae eidem generi
 subsunt, et essentiam perficit. Differens est (ait Quin-
 tilianus) dum genere in speciem diducto, species ipsa
 discernitur. Hoc genera diuiduntur, & species pro-
 creantur. Estq; hoc differentiae duplex officium, ex
 quo nomen quoq; duplex, & USATIUM & DIALECTICUM.

Systa

CORNELII VALERII.

Systatica differentia speciei efficiens est, quae addita generi speciem procreat: ut sentiens additum corpori animato, efficit animal: animalis rationis particeps, hominem: rationis expers, bestiam. Diacretica est generis diuidens, qua genus in species diducitur: ut rationis particeps, & expers, animalium genus diuidunt: itemq; uolatile, terrenum, & aquatile, quae bestias distinguunt. Natura datum, & studio comparatum, qualitatum animi genus partiuntur. Postremo differentiarum aliae latius patent: ut animatum, ut sentiens, quae in multis formis dicitur: aliae angustius, quae sunt ultimae speciei procreatrices, & uni tantum forma conueniunt: ut rationis particeps.

De proprio, & de differentia & proprio discrimine. II.

Proprium est naturalis procliuuitas, et insita quaedam facultas, quae uni speciei, soli, & semper, totiq; conuenit, & quod retro etiam potest cum ea uicissim commeari: ut loqui & ridere posse, homini conuenit: hinnire equo, mugire boui, rudere asino, latrare cani, uoletudinem ledere, morbo, &c. quae inter se omnia reciprocantur. Pleriq; differentiam et proprium hoc discrimine separant, ut differentia significet efficientem naturae partem, qualis est in homine mens: proprium autem, quandam rei compositae consequentem affectionem, & procliuuitatem: ut ridendi facultas, lo-

rum duplex officium.

Eadem differentia & diuidens et efficiens esse potest: nam quae genera diuidunt, eadem differentiae etiam species efficiunt.

Genus summum non habet differentias speciei procreatrices, nec species ultima generis diuidens.

Porph. cap. de proprio.

Arist. To. li.

s. copiosissime. Toti seu uniuersae. i.

omnibus eius indiuiduis.

Ridere posse nam de facultate intelligitur, non de actu.

Porph. ca. de commun. &

dis. proprii

B 3 quen

TABVLAE DIALECT.

& differentia ita utriusque distinguit, ut proprium de vna tantum forma dicat, differentia plerumque de multis. Propria hominis multa. Differentia comparatione potius notat, & dissimilitudine. Quatuor proprii significationes. Porph. ca. de proprio. Arist. Top. li. i. ca. 4. & li. 5. c. 1. Caluescere] caluitium vni animantium homini innatum est. Plin. lib. ii. cap. 37. Verum proprium. Differentia & proprium species distinguunt, acci-

quendi, differendi, veri inuestigandi, intelligendi, enumerandi, quae proprie homini tribuuntur. Quidam cum nullum sepe discrimen inter utrumque uiderent, aut per obscurum, ita statuerunt differentiam dici, cum generi aut aliene speciei comparatur: proprium uero, cum suo comparatur: ut ratione praeditum animali uel bestiae collatum, differentia sit: homini comparatum, sit proprium. Ad propria pertinent functiones & officia rerum propria: ut Rhetorica bene dicere, Dialectice bene disputare seu diligenter differere, iustitiae summam cuique tribuere. Enumerantur & aliae proprii significationes: quarum prima est, qua proprium id appellatur, quod soli quidem speciei conuenit, sed non toti: ut poetam esse homini, uerum non omnibus. Secunda, qua id proprium dicitur, quod toti speciei conuenit, at non soli: ut uiuere homini, sed non soli: itemque bipedem esse, &c. Tertia, qua toti speciei, & soli dicitur conuenire, at non semper & perpetuo, sed a natura praescripto tempore: ut pubescere adolescentem, senem canescere (seu maus caluescere) hominibus omnibus, & solis, at non semper: sed illud in adolescentia, hoc ferè in senectute. Quarta, qua proprium nominatur id, quod toti speciei, soli, & semper conuenit, quod supra posuimus, uerè proprium est. Differentiis & propriis distinguuntur species cognatae, accidentibus dignoscuntur. inuidua ijs, quae a Rhetoribus,

attrita

CORNELII VALERII

attributa rerum ac personarum dicuntur.

De accidente. 12.

Accidens (Græcè ^{συμβεβηκός}, fortuitū quod est ^{quod substantiis inheret.} adiunctum substantiæ) est uox, quæ res naturis, seu ^{substantiis} ^{inheret} ^{interitu uel adesse uel abesse dici potest.} ^{id} ^{cum per se coherere nequeat, subiecto nititur, cui ta-} ^{men non inheret tanquam pars.} ^{Accidens duplex est:} ^{separabile, & nō separabile.} ^{Separabile dicitur, quod} ^{subiecto facile detrahi potest: ut hilaritas, frigus, ca-} ^{lor (externum corporis calorem intellige, non illum} ^{uitalem, qui non est separabilis) currere, sedere, can-} ^{dor parieti inherens, &c.} ^{Non separabile est, quod} ^{re ipsa nequit à naturis separari: ut calor ab igne, pon-} ^{dus à saxo, magnitudo & color à corpore, quæ tan-} ^{tummodò cogitatione possumus à substantia sciunge-} ^{re. Inheret autē id uel quibusdam, ut cæsius oculorum} ^{color: uel omnibus ac toti speciei, ut nigror coruo, can-} ^{dor cygno.} ^{De communitatibus & differentiis quin-} ^{uocum, hoc solum admonendum est, eas facile ex mu-} ^{tua definitionum comparatione intelligi: ut si generis} ^{definitionem cum formæ, differentiæ, proprii, acciden-} ^{tis definitionibus, & alias cum alijs contuleris.}

De usu uocum, & de duplici ordine, & præ-
dicatione quam uocant. 13.

His uocibus rerum omnium, quæ decem categorijs ^{generis ex species} ^{uocantur} distinctæ sunt, appellationes continentur: quarum est

B 4 multi-

dentib. indi-
uidua descri-
buntur.

Porph. ca. de
accidente.

Arist. Top.
li. 1. ca. 4. &

lib. 4. cap. 1.

Accidentia,
Lucretius

euēta uocat.
Accidens

duplex.

Accidens in-

separabile
duplex.

De his copio-

se Porph. ca.

de communi-

tatib. & diffe-

rent. quin-

uocum, & ca-

pit. sequen-

tibus.

Voces sunt
rerum appel-

lationes, cate-

TABVLAE DIALECT.

Varia vultus
 gorie, ordi-
 nes, // // // // //
 Vfus vocum
 primus. multiplex usus. Indicant primū ac discernunt dictio-
 Secundus num cognationem, ^{amplitudinem} & angustiam in-
 vfus. cuiusque categoriæ serie, ut quæ uox cui tribui in de-
 Arist. priorū finiēdo possit, uel non possit, intelligatur. Deinde
 Anal. cap. 2. ^{pronunciatorum naturam ostendunt, quorum alia ne-}
 Tertius. ^{cessaria sunt, ut quæ sunt ex genere, specie, differen-}
 Arist. lib. 1. ^{tia, & proprio: alia non sunt necessaria, ut quæ ex}
 Top. 1. ca. 4. ^{accidente constant. Tum definitionum & diuisionum}
Predicabilia ^{materiam suppeditant, & argumentorum inuentioni}
 plurimum conducunt. Constant enim definitiones ex
 genere & differentia, aut aliqua proprietate. Diuis-
 Quartus. duntur genera in species per differentias: species in
 Arist. lib. 2. indiuidua: subiecta in accidentia. Ducuntur & argu-
 Top. cap. 1. menta à genere, à specie, à differentia, & c. Cognata
 Regul. Porp. in instit. cap. rum communiumq; uocum usum regula hæc breuiter
 de specie. indicat, qua traditum est, superiora dici de inferiori-
 Indiuidua bus, ac paria de paribus: at inferiora de superioribus
 de nullo di- non posse dici. Tribuenda igitur esse genera formis,
 cuntur, sed ut equus est animal, cyathus est poculum: formas indi-
 de his gene- uiduis, ut Bucephalus est equus: paria esse proprium,
 ra & species. & speciem eam cui id attribuitur, eaq; inter se reci-
 Cōcreta sub- procari, ut homo & ueri inuestigator: accidētia, quæ
 iecto tribuū- concreta Grammatici uocāt, subiecto tribui: ut Achil-
 tur, non aut- les est iracundus, non autem ea quæ abstracta nomi-
 abstracta, nant. Nec enim rectè dixeris, Achilles est ira, nisi fi-
 hoc est, vt- guratè loquaris, differentiam & proprium de formis
 Grammatici dicitur.
 vocant, adie-
 ctua, non
 substantiua.

CORNELII VALERII.

dici, ut de homine mente præditū esse, & ridere posse. Atq; hæc quidem naturalis attributio est, quā vulgus prædicationem essentialē, uniuocam, & ordinatam appellat, cū superiora de inferioribus sibi cognatis dicuntur, idq; per singulas Categorias: ut aër est elementum, passus est linea seu longitudo, candor est color, emptio est contractus, ire est locum commutare, &c. Fortuita est attributio (prædicationem denominatiuam, & accidentalem uocant) cū de substantijs seu naturis accidentia dicuntur, uel accidentia de accidentibus alijs & diuersis, nec alternatim (ut isti loquuntur) positis. Alternatim ea ponuntur, quæ in eadem Categoriæ serie collocata, alterum alteri subest. Fortuito attribuuntur Categoriarum genera diuersarum, uel etiam eiusdem ordinis uoces diuersis generibus aut formis subiectæ, quæ rei propositæ et conuenire, & non conuenire possunt: ut, Socrates disputat, linea est recta, eruditio est bonum, imperitia malum. Huc referatur & similitudinis attributio: ut, homo est homini lupus, &c.

De Categorijs seu decem cognatarum uocum ordinibus, seu classibus, quæ prædicamenta uulgò nominantur. 14.

Pædicamenta seu Categoriæ sunt rerū omnium summa quædam capita, quibus res simplices uerbis expresse continentur: siue ordines, in quibus res unius generis digestæ collocantur, qui duplici discrimine

Duplex ordo seu prædicationis: naturalis seu essentialis, & fortuita seu accidentalis. Aristot. poster. Anal. lib. 1. cap. 18. & lib. 6. Top. ca. 3. Accidentaria. Alternatim poni.

Arist. in prin. categoriarū. Recta Nam rectū esse ad qualitatis categoriæ quartam speciem pertinet.

Prædicamenta continent res uerbis expressas, siue ordinē generū & formarū ab uno genere summo descendenti. ea Græco nomine categoriæ dicuntur.

TABULAE DIALECT.

à Quintilia- mine distinguuntur, substantia & accidente: ac sub-
 no clemēta, stantie quidem primus locus iure datus est, acciden-
 & ab Alexan- tum uerò multiplex uarietas nouem classibus distina-
 dro Aphrod. ta continetur. Substantia uelut subiecto inherēt ac-
 τὰ ὑπόστασις καὶ τῆς φησὶ φιλοσοφίας
 Substantia et cidentia, quæ sine illo constare per seipsa non queant:
 accidens co- quando quidem nullum reperi potest accidens à sub-
 gitatiōe tan- stantia seiunctum, nec ulla uacans adherentibus sub-
 tum seiungū- stantia. Numerantur autem summa rerum omnium ge-
 tur. nera seu capita omninò decem: substantia, quantitas,
 Porphy. de specie. qualitas, relatio, agere pati, ubi, quando, situm esse, ha-
 Arist. in cate bere: supra quæ tamen eminēt illa quæ uulgò transcen-
 gorijs, idem dentia nominātur, quæ in uniuersa rerum natura pri-
 li. 5. phys. ca. ma statuuntur, ac suprema: ut res, ens, unum, aliquid,
 1. & lib. mag- uerū, bonum. inter quæ nomen Res principatum ob-
 norum Ethic. tuere Valli probat: sed hæc omnia quòd non synony-
 cor. lib. 1. To mōs de summis generibus dicantur, à categoriarum
 pic. cap. 6. ordinibus excluduntur, sicut alia quedam, uelut ea pri-
 Transcen- mum quæ non separatim sed coniunctim dicuntur, uo-
 dentia & alia canturq; uulgò complexa: ut uir bonus. Deinde homo-
 quedam à ca- nyma seu ambigua, de quibus capite proximo dicendū
 tegorijs ex- est. Tūc quæ technicōs ponuntur, et nomina artiū,
 clusa. pronomen, participium, genus, species, &c. Differen-
 Vide cap. 3. tiæ formarum procreatrices, ad categoriā formarum.
 de nominib. suarum pertinet: partes ad ordinem totius: principia
 secundæ in- ad eorum classem quorum sunt principia: ut monas et
 tentionis. punctum seu nota ad quantitatem. Categoriarum ordi-
 Arist. de eo nem
 qd est, & de
 yno. & li. 4.
 To. ca. 1. & 5.

nem

CORNELII VALERII.

nem ac seriem suis membris accuratè distributã mox proponemus, si prius uocum aliquot interpretatiõnem retulerimus: quæ quòd antecedunt Categorias, uulgò dicuntur antepredicamenta.

De antepredicamentis, ac potissimùm de homonymis, synonymis, & paronymis, &c. 15.

In uocibus et categorijs studiosè cauendum est id, Arist. docet, ὅτι τῶν πρὸ τῆς κατηγοριῶν (quæ nunc antepredicamenta uocãt) ne uocis πολυσημία & ambigua significatio disputantem fallat. Cuius generis sunt ὁμωνύμια (quæ uulgò nominãtur æquiuoca) quæ uno nomine plura diuersa notione significãt: ut gallus, canis, lupus, taurus: quæ res plures singula notãt, nominisq; tantũ societate coniuncta, definitione uim nominis ac naturã explicante differunt. Nã canis uocabulo sydus, et animal terrenũ significantur. Tauri nomẽ, bouem, montẽ, sydus, hominem, et radicẽ arboris complectitur: sed horũ definitio diuersa est. Hæc isti uocãt æquiuoca æquiucata, nempe res ipsas & significatiõnes, quæ una uoce homonyma seu ambigua continentur. Illã uerò ipsam uocem res plures cõplectentem, æquiuocũ æquiucans appellãt, Græci ὁμωνύμιον, uulgus æquiucationẽ. Quæ quidẽ nomina sunt impri-
mis fugiẽda, nec locus his in Dialect. dari possit ullus, nisi uniuocẽ (ut nũc loquũtur) accipiãtur, et distinctè certa constituta significatiõne. Recipiẽda autẽ sunt.

Antepredicamenta.

Arist. in ijs, quæ ante categorias.

Æquiuoca seu homonyma, quæ eodem nomine diuersa significant.

Fabius lib. 2. capite 2.

Æquiuoca æquiucata.

Æquiuocũ æquiucans.

Quando locus homonymis.

Synon.

TABVLAE DIALECT.

Synonyma dicuntur, quae una cum nomine eandem naturae definitionem eius nominis recipiant. Arist. eodem cap. & ca. de substantia. Top. lib. 6. cap. 5. Vniuocata & vniuocantia. Paronyma seu denominatiua.

Synonyma (quae uulgus appellat uniuoca:) dicuntur autem synonyma, quorum & nomen est commune, & eadem nomini illi attributa naturae definitio: ut, homo, bos, leo. quibus & animalis nomen tribuitur & eiusdem definitio: ut iustitia, fortitudo, &c. de quibus & uirtus dicitur, & habitus bonus naturae moderationi consentaneus. Vniuoca uulgus item duplicia fecit: uniuocata, & uniuocantia. Ea dixerunt uniuoca uniuocata, quae sunt nomini communi subiecta, ueluti species, quae ad idem genus referuntur, Graecè synonyma. Et nomen illud commune, cui haec subsunt, uniuocans appellarunt, Graeci synonymiam. Paronyma (uulgò denominatiua) dicuntur, quae sunt à primitiuis & absolutis deducta, et ab his solo sine differunt: sic dialecticus à dialectica distat, sanus à sanitate. Hic tria uulgò spectari solent: denominans, ut eruditio: denominatiuum, ut eruditus: denominatum, ut homo eruditus. Grammatici abstracta & concreta uocant quae Dialectici denominantia, & denominatiua dicunt: suntque eiusdem significationis, & in eadem categoria collocanda, de quibus supra cap. 13. traditum illud est, concreta subiecto tribui, hoc est, adiectiua, non autem abstracta seu substantiua, à quibus illa fortuitam attributionem acceperunt. (Quae deinceps in hoc capite subiunguntur, festinus lector praeterire potest: certe his tenera ingenia torqueri nolim.)

HOMO

CORNELII VALERII.

Homonymis opponuntur polyonyma. Illares di-
 uersas una uoce significant: hæc differentibus nomini-
 bus rem unam declarant, ut ensis, gladius, &c. Syno-
 nymis seu uniuocis (ut uocant) uniuocatis opponuntur
 heteronyma. Illa sunt eiusdem naturæ, referunturq; ad
 idem nomē, & unum genus: hæc diuersæ naturæ sunt,
 & ad diuersa referuntur genera: ut leo, candor: quo-
 rum illud ad animalium genus pertinet, hoc ad colo-
 rem. Tradit idem Aristoteles et alia nonnulla, ut hæc:
 Eorum quæ dicuntur, quedam coniunctim dicuntur,
 quedam separatim. Simplicia sunt, bos, homo, currit.
 Coniuncta uerò, homo currit. Eorum quæ sunt, aliqua
 dicuntur de subiecto, quæ in subiecto nõ insunt: ut ho-
 mo, & secundæ substantiæ, quippe quæ non sint acci-
 dentia: aliqua sunt in subiecto, quæ de subiecto tamen
 non dicuntur: ut accidentia singularia, uelut hic uel il-
 le color, aliqua Grammatica, quoniam sunt indiuidua.
 Aliqua & de subiecto dicuntur et insunt in subiecto,
 ut accidentia uniuersa, ueluti scientia, Grammatica,
 quoniam species & genera, ac præterea inherencia
 sunt: quedam nec in subiecto sunt, nec de subiecto di-
 cuntur: ut singuli homines, cum naturæ sint & indie-
 uidua. Dicit de alio, est tribui inferioribus. Esse in sub-
 iecto, sic in aliquo intelligitur, ut accidēs in subiecto,
 non tanquam pars. Cum alterum de altero tanquam
 subiecto dicitur, ueluti speciei: quicquid de prædicato
 dicitur

Polyonyma.
 Heterony-
 ma.

Cap. i. de ijs,
 quæ ante ca-
 tegorias.

Duæ diuisio-
 nes.

Idē eodē lo-
 co, & prior.

Analy. lib. i.
 cap. 28.

Posterior
 hæc Aristot.

diuisio nihil
 aliud uult, q̄

quod paucis
 hoc modo

poterat ex-
 poni: Omne

quod est, id
 aut substan-

tia est, aut ac-
 cidens: quo-

rum utrunq;
 aut uniuers-

sum est, aut
 singulare.

Dicit de alio.

Duæ regulæ.

TABVLAE DIALECT.

Eodem loco. dicitur, id omne d. subiecto quoque dicitur. Veluti,
 Quæ genere quia homo de Platone dicitur, & animal de homine,
 differunt, eo ob eam etiã causam animal de Platone & singulis ho-
 rû etiam dif- minibus dicitur. Diuersorum generum, quorum unum
 ferentie spe- ab altero non continetur, nec utrunq; ab eodem ter-
 cie differût. tio, diuersa sunt specie differentia, id est, quæ diuersas
 Arist. eodem efficiant formas, ut animal & ars: illius enim species
 loco, hoc est sunt, homo, bestia: differentia, rationis particeps &
 diuersa gene expers. huius uerò, Physica, Dialectica, & c. differen-
 ra differenti tia, theoretica, benè differens, & c.
 as quoq; di-
 uersas, quæ
 & formas cõ
 stituât diuer-
 sas, habent.

Substantia.

Natura.

Vna ex sub-

stantia diffe-

rentijs seu

pprietatib⁹,

quæ mox re-

ferêtur, sub-

stantia sensi-

bus non per-

cipi. Nã aspe-

ctus colorẽ

percipit, nõ

substantiã:

auditus so-

num, & c.

De substantia, prima categoria. 16.

Substantia (seu essentia, οὐσία, quam Cicero natu-
 ram nominat) est res per se constans. Essentia, quate-
 nus per se coherentem naturam significat, nullo eget
 adminiculo: at uestitur tamẽ accidentibus, ac quasi for-
 matur. Nihil enim præter accidentia quædam rerum,
 magnitudinem, colorem, & c. oculis conspici potest.
 Atq; hanc proprietatẽ licebit inter ceteras annume-
 rare substantia differentias: Non percipi substantiã
 sensib. quæ tamen omniũ accidentium commune rece-
 ptaculum est. Huius ordinis sunt spiritus, sydera, eles-
 menta, animãtes, planta, lapides, metalla, meteora, li-
 quores, et quicquid in rerũ natura suprã et infrã mun-
 di circumfluxu tegitur. Eodem pertinent & naturarũ
 partes, ut mēbra corporis, et plantarũ fructus, ut os,
 manus, ouum, flos, foliũ, & c. Itẽ cadauer, aliãq; innu-
 mera

CORNELII VALERII.

merabilia, atq; etiam esculenta, poculenta, condimenta, lactaria, &c. quæ multi huc referenda putant.

Arist. in cãtegórijs, ca. de substantia.

De substantia prima & secunda, & de substantiæ proprietatibus & differentijs. 17.

Substantia prima (ut Aristoteles ait) ea est, quæ nec de subiecto ullo dicitur, nec in subiecto ullo inest: ut, quidam homo, quidam equus, ueluti Socrates, Bucephalus, &c. quæ sunt indiuidua & res singulæ. Secunda est, quæ complectitur formas eas, in quibus primæ naturæ insunt, earumq; formarum genera: ut sunt homo, animal, aliq; genera & species, quæ sola ratione intelliguntur: nec ut primæ substantiæ sunt subiecta sensibus. Substantiæ contrarium nihil est, propriumq; ei contraria posse recipere cum sui mutatione. Non sunt autem per se contraria ignis & aqua, sed diuersa: quæ propter contrarias qualitates putantur contraria. Substantia non potest augeri nec minui, siue nõ suscipit magis et minus. Nihil enim essentiae addi potest, ut magis essentia sit: nihil demì, ut essentiae nomen amittatur. Siquidem pueri in ætatem uirilem excrescentes, quantitate quidem differunt, natura tamen horum sua ui coherens permanet: cumq; puer gracilis, crassus, doctus, amicus esse, disputare, cædi, sub dio noctu iacere penulatus possit; his omnibus uariantibus, natura tamen constat. Quod aut for-
ma dicuntur magis esse substantiæ quàm genera, id in-

Substantia prima indiuiduum est, quod sit subiecta sensibus. Secunda substantia, genera & species, quæ sunt in subiecto, sed ut partes. Substantiæ proprietates. Substantia capax est contrariorum cum sui permutatione. Mart. Capel. Ex omnibus cãtegórijs petitiæ voces vni substantiæ inherere possunt. Substantia nõ mutatur, sed accidentia.

tellia

TABVLAE DIALECT.

Intelligendum est de comparatione cum substantijs primis: quarum ut alia non est alia magis minusue substantia, ita nec formarum ultimarum inter se, nec generum, alia magis alijs naturae dici possunt. Similius tamen aliud alio dici potest: ut pygmaeus magis homini similis est, quam simia: & homo quam bestia praestantior, sed id ad substantiae rationem nihil pertinet.

Ordo categoriae substantiae. 10.

Substantia corporea. Corporis experts.

Substantia in formas duas diducitur, corpoream & corporis expertem. Corporea dicitur, quae cerni tangiue potest: ut corpus. Corporis experts est, quae sub oculos non cadit, sed sola ratione intelligitur: ut, spiritus, Deus pater, Filius, Spiritus sanctus, angeli

Aristot. lib. 1. de caelo, c. 2. Corpus simplex.

seu genij boni, & mali, Michael, Belial, lares, daemones, cacodaemones, umbrae, manes, animus, etc. Corpus duplex est: simplex, & concretum. Simplex, quod ex elementis non constat: ut orbis caelestes decem, et elementa quatuor, ut terra, aqua, aer, ignis, sphaera Lunae, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iovis, Saturni, caeli seu firmamenti, crystallini caeli, motus mundi seu primi mobilis, empyrei seu beatorum sedis: sydera omnia quae caelo sunt infixae, helice, cynosura, bootes, arcturus, &c. Concretum, quod est ex elementis conflatum.

Arist. de ortu & interitu, li. 2. ca. 8. Concretum Animatum, & vigente animam habet.

Atque hoc duplex: animatum & inanimatum. Animatum corpus seu vitale dicitur, quod vi & natura crescendi & coalescendi per se praeditum est, inanimatum

Inanimatum.

Atque hoc duplex: animatum & inanimatum. Animatum corpus seu vitale dicitur, quod vi & natura crescendi & coalescendi per se praeditum est, inanimatum

tum

CORNELII VALERII.

tum est, quod aliunde crescendi vim accipit. Anima: Sentiens.
 tum uel est sentiens, uel sensus expers. Sentiens est,
 quod patibilem habet naturam, ut animal, id uel ratio Rationale.
 ne præditum est, ut homo, ueluti Plato, Cicero, Petrus,
 & reliqui innumerabiles: hic mortales, sed olim re- Irrationale.
 sumptis corporibus immortales futuri. Vel rationis
 expers, ut bestiae. Terrena, gradientes & serpentes,
 ut leo, uipera, lumbricus, et amphibia. Aquatiles, a sel-
 lus, aphyra, saperda, delphin, &c. Huc referantur con-
 chilia. Volantes, aquila, noctua, apes, & omnia inse-
 cta, &c. Alij distribuunt corpus animatum sentiens
 in animal, & Zoophytum. Zoophytum uocant stir- Zoophytum:
 pem animalis naturæ participem, ut urticam mari-
 nam, & spongiam: quæ sentire propius accedentes,
 & auulsorem metuentes, contrahi putantur. Sensus Plantæ.
 experti stirpes seu plantæ cū omnibus fructibus sub-
 iiciuntur, cuius sunt tres formæ: Arbor, ut malus, nux,
 pomus, &c. Herba, ut malua, fruges, legumina, olera,
 radices, frumenta, gummi, resina, aromata, semina, flo-
 res, &c. Frutex, ut rubus, genista, arunda, &c. Inanimatum.
 mum dicitur, quod uita caret: id aut perfectum est, aut
 imperfectum. Perfectum complectitur ea, quæ eruun-
 tur è terra, ut fossilia, ueluti metalla, ut aurum, ferrum,
 sulfur, argentum uiuum, nitrum, alumen, &c. Et lapia-
 des: quorum alij sunt uiui seu naturales, ut gemma, ue-
 luti achates, magnes, &c. & saxum, ut rupes, silex.

C Alij

TABVLAE DIALECT.

Alij cocti, ut lateres, tegulae, vitrum, &c. Et liquores, ut fontes, flumina sanguis, pituita, uinum, lac, mel, &c.

Meteora, que oriuntur ex vaporibus & exhalationibus. Imperfecto subiiciuntur ea quae in aere gignuntur, ut meteora, ueluti tonitrua, fulmina, nix, grando, pluuia, ros, uenti, &c. Calx, vitrum, lateres, tegulae, sal, pennis, &c. quamuis artificis opera iuuentur, cum tamen natura perficiantur, ab hoc ordine quibusdam non uidentur excludenda: alij qualitates esse contendunt, quae a qualitate nomen accipiant. Ex hoc ordine, sicut & ex caeteris insequentibus, definitionum materia petitur, genus proximum & differentia speciei efficiens seu proprietas, ad hunc modum: Equus est animal rationis expertus uel aptum ad hinnitum. Non est autem necesse genus usque a capite arcessere, ut Cicero ait: id est, a summo genere per omnes sinistri lateris differentias circumferre speciem. Veluti si definias hominem, substantiam corpoream, animatam, sensus ac rationis participem: cum genus proximum & speciei procreatrix differentia faciant satis: ut, Homo est animal ratione praeditum.

Vsus tabulae.


In Topie.

Sequitur tabula Substantiae.

Substantia

Substantia seu natura

CORNELII VALERII.



Substantia reliquarum categoriarum subiectum est.
 De Quantitate, primo accidentium ordine. 19. Arist. in Ca-
 Quantitas est, quae rerum magnitudinem & mul- tegorijs, ca-
 titu- de quantitate

TABVLAE DIALECT.


Quantitas coniuñcta. *titudinem complectitur. Dupliciter enim diuisa est: quàm magnum, & quàm multum sit: illo continuata & quantitas seu coniuñcta & coherens cõtinetur, quæ corporũ est magnitudo: hoc discreta, seu deiuncta & separata, quæ est corporũ multitudo. Quantitas coniuñcta & deiuncta definiuntur hoc modo: Coniuñcta quantitas est, cuius partes cũ termino aliquo communi copulantur, qui unius est extremũ & alterius iniñtiũ, quomodo partes lineæ cum puncto interiecto, superficiei cum lineæ, corporis cũ superficie, temporis cũ instanti coniunguntur. Discreta, cuius partes cum nullo cõmuni termino coniunguntur, sed disiunctæ separatæq; sunt. Coniuñctæ quantitatis formæ sunt: lineæ, superficies, seu potiùs extremitas, corpus & tempus, quibus additur locus. Linea est longitudo sine latitudine & altitudine seu crassitudine. Ea est aut recta, ut diameter, pes, ulna, stadium, &c. aut praua, ut spiræ, arcus, &c. Superficies est, magnitudo lõga et lata, nõ crassa quæ duplex est, æqua seu plana, ut arca, campus, iter, uia, iugerũ, &c. iniqua seu flexuosa, ut testudo, camera, &c. & hæc duplex: cõcaua, interior rotundi pars. connexa exterior, quæ tamen differentia nõ à latinis, sed à mathematicis obseruatur. Locus ad superficiẽ referendus uidetur, ut sit extremitas ambiens rem comprehensam, seu cõcaua superficies corporis cõtinentis. Corpus est magnitudo, quæ longitudo*

diment;

a b c

Hic a, c, coniuñguntur cũ termino communi b.

a b c



d e f

In hac superficie b, e, termino cõis est.

Deiuncta seu discreta. Linea.

Superficies.

Linea recta

aut curua ne

mo putet esse

lineæ specie,

sicut nec

superficiẽ æ-

quã, aut ini-

quã, nec cor-

p' rotundũ

aut angula-

tũ, quia ad

quarã quali-

tatis speciem

pertinent.

CORNELII VALERII.

dinem, latitudinem, & crassitudinem complectitur,
 estq; uel rotundum, ut globus, pila, &c. uel angulatū,
 ut cubus, turbo, pyramis, cylindrus, &c. Mathematicū
 cum corpus hic accipe, in quo sola spectatur magnitu-
 do ab omni materia sciuncta: id quod fieri cogitatione
 tantum potest, quo modo lineam carere latitudine, et
 superficiem crassitudine (quod re ipsa fieri nequit) in-
 telligimus. Tempus triplex est: præteritum, instans, fu-
 turum: continetq; annū, mensem, hebdomadem, diem,
 horam, item biennium, lustrum, &c. Additur coniun-
 ctæ quantitati motus, ut hic pro spacio quo mouetur,
 accipiatur, non pro agitatione, quā referunt ad actio-
 nem seu effectiōnem. Motus aut triplex est: rectus, cir-
 cularis, mixtus. Primo feruntur elementa: aqua & ter-
 ra deorsum, aër & ignis sursum. Secundo cœlestes or-
 bes. Tertio animantia, prorsum, rursus, sursum, deor-
 sum, per cāpos, montes, ualles euntia. Deiuinctæ quan-
 titatis seu discretæ, sunt duæ species: numerus & ora-
 tio. Numerus est monadū collectio, multitudo & sum-
 ma. Oratio hic accipitur pro syllabarum longarū bre-
 uiumq; multitudine, quarū singulæ separatæ sunt, &
 diuersas habent temporum mensuras. Referuntur ad
 hunc ordinem omnia mensurarum nomina, quibus uel
 liquida uel arida metimur: qualia sunt amphora, con-
 gius, sextarius, modius, etc. & ponderū, ut quadrans,
 mina, talentum. Numeri principales, quos cardinales

Corpus ma-
thematicū.

Tempus.
Arist. lib. 4.
Physi. ca. 10.

Motus.
Arist. lib. 8.
Physic. lib. 8.

Discretæ
quantitatis
duæ species.
Numerus.
Oratio est
multitudo
syllabarum,
quibus lon-
gitudinem
& breuitatē
metimur.

TABVLAE DIALECT.

uocant: ut, unum, duo, tria, centum, mille, &c. ternio, quaternio, senio, senarius numerus, &c. Sed primus, secundus, centesimus, millesimus, et reliqui ordinis numeri, adrelata pertinet. Oratio numerosa, de qua multa rhetores, rhy. hmi, musicae modulationes, ac totum versificandi genus. Quantitas contraria caret. Neque enim magnum, aut paruum contraria sunt, sed relata, neque nox & dies, quae priuantia sunt. Nec intentionem capit nec remissionem, sed maius & minus recipit. Eius maxime proprium est, res ex ea aequales dici uel inaequales, pares uel impares. ut numerum numero, gregem gregi, &c. Linea, superficies, corpus, et (si hunc a superficie separet) locus, positionem, ut uocant, inter se habent, quorum partes certo loco sitas uidere licet dextras, sinistras, anticam, posticam, superas, inferas: Numerus mente comprehensus, motus, tempus, et oratio, non habent. Tempus enim cum non permaneat habere situm non potest: & serael emissum uolat irareuocabile uerbum. Quantitas & qualitas ita differunt. Res diuidua quantitate significatur, qualitate res indiuidua: Illa quantum facit haec quale. Quantum dicitur id, quod ex quantitate nominatum est. ut cubicum, longum, latum, etc. quale, quod ex qualitate. Qualitas sunt candor, nigror, letitia, &c. Qualia, candidum, nigrum, letum, &c. quae & ipsam qualitatem et id, quod ea qualitate affectum est, notant.

Sequitur

Proprietates
quantitatis.
Arist. cap. 2.


Alia quanti-
tatis parti-
tio.

Positionem,
id est, situm
partium.

Differentia
quantitatis
& qualitatis.
Quantum,
Quantitas,
Qualitas,
Quale.

CORNELII VALERII.

Sequitur tabula Quantitatis.



De Qualitate. 20.

Qualitas est animi uel corporis affectio & forma, ex qua nomen aliquod ducitur: ut a prudentia & dialectica, prudentes & dialectici dicuntur. Siue ordo uocum significantium formas, quibus natura aliquid efficiunt. Qualitatis species quatuor sunt, quarum

Qualitas est, inquit Arist. ex qua quales aliqui nominantur, li. de cate. cap. de qualitate. Qualitatis species 4.

C 4 prima

TABVLAE DIALECT.

primā continet habitū & dispositionem quæ rectius
 dicitur Græcè uocetur, aut affectio Latine. Habitus
 est constans & absoluta aliqua in re perfectio, nō
 natura data, sed agendi consuetudine & exercitatio-
 ne longa comparata. Estq; animi, uel corporis. Habitus
 animi, id est, in animo nostro hærens, duplex est:
 qui uel intelligendi uel deliberandi facultate perficitur.
 in intelligentia uersatur notitia certa: ueluti sapi-
 entia, scientia, prudentia, & artes omnes absolutè
 perceptæ, θεωρητικῆ, πραγματικῆ, & ποιητικῆ, ut
 Grammatica, Physica, Astronomia, Ethica, Pictura,
 &c. incerta, ut opinio. Habitus animi in deliberando
 positus, uoluntatis est: ut uirtutes et uitia, iustitia, for-
 titudo, temperantia, iniustitia, intemperantia, &c. quibus
 singulis plures partes subiiciuntur. Virtutes aliæ
 hominum industria cōparantur, ut eæ quas modò pos-
 suimus: aliæ diuinitus donantur, ut fides, spes, charis-
 tas, & alia spiritus sancti dona. Corporis habitus est
 cōmoditas quædam seu commoda agendi facultas, non
 à natura data, sed studio & industria cōparata: ut ar-
 tes mechanicæ, sutoria, scriniaria, gladiatoria, ars na-
 tandi, iaculandi, currēdi, saltandi, fistula ludendi, &c.
 robur, uelocitas acquisita. Dispositio seu diathesis, est
 habitus inchoatus & studium quoddam perfectionis,
 diuturnitate tantum ab habitu distans: ut actiones ha-
 bitum præcurrentes. A diathesi seu affectione literarum

Habitus eorum est, in quibus est anima.

Habitus animi hominū est.

Artium alię uersantur in cognoscendo, alię in agendo, alię in faciendo.
 Arist. Topic. lib. 8. cap. 2.
 Quintilian. lib. 2. cap. 18.

Habitus corporis.

Dispositio.

rum.

CORNELII VALERII.

num, studiosus dicitur: ab habitu doctus. Nā facile muta-
 tari affectio potest, habitus aut̄ ἀκίνητος est, seu po-
 tius δύσκινητος, quod interdum hic omitti possit, aut
 per contrarium habitū, aut per aegritudinem, aut aliū
 aliquē casum grauem. Vide Plinium lib. 7. cap. 24. Ad
 affectionem referuntur omnia, quæ retulimus ad habi-
 tum, si non permanentia & inueterata, sed modica et
 recentia intelligantur: ut modica saltandi peritia, &
 quæcunq; diathesin ἐυκίνητον significant. Eadem est
 huius, quæ fuit habitus uarictas, ut sit hæc uel animi
 uel corporis: ut diocris uirtutū artiumq; cognitio,
 aut u tiorum rerumq; aliarum consuetudo, temporis
 diuturnitate nondū confirmata. Altera qualitatis spe-
 cie cōtinentur naturalis potentia (Latine uis natura-
 lis) & naturalis impotentia (Latine imbecillitas natu-
 ra.) Vis naturalis est facultas seu procliuitas, a natu-
 ra data animo aut corpori: ut mens, uoluntas, ingeni-
 um, iudicium, memoria, docilitas, ualetudo, hominem
 aptū esse ad risum, ferocem esse equum, & celerē, uo-
 lailes aues, pisces in aqua degere posse: duritia lapi-
 dis, cernendi uis, melancholica, phlegmatica: sexuum
 nomina sine collatione accepta, ut mas: ætatum, ut iu-
 uentus. Vires naturales, alens, sentiens, rationalis. Vi-
 res gemmarum, herbarū ac fruticum, uires syderum,
 elementorū, & c. Naturalis imbecillitas, est reluctatio
 nature: ut indocilitas, obliuio, ualetudo mala, loqui

ἀκίνητος
 ἰmmobilis.
 δύσκινητος
 difficulter
 mobilis.

ἐυκίνητος
 facile mobi-
 lem.

Secunda spe-
 cies qualita-
 tis.

Naturalis
 vis.

Naturalis
 impotentia.

C S bestias,

TABVLAE DIALECT.

Tertia species qualitat- tis.	Bestias, homines uolare, &c. Qualitates ferè naturarum instrumenta sunt, ut ignis calor: Herbarũ succus, calor et frigus instrumenta sunt, quibus uel curentur uel interimantur homines. Tertia qualitat- is species complectitur passionẽ, (latine perturbationẽ) et passibilem qualitatem latine patibilem. Vtraq; duplex est.
Perturbatio seu affectus, & patibilis qualitas, vtraq; duplex.	Perturbatio est subita animi uel corporis commotio. Patibilis qualitas est, quæ uel à perturbationibus ortum habet, uel sensum mouet. Animi perturbationum genera sunt quatuor (à quibus reliquæ formæ fluunt, quas explicat Cic. lib. 4. Tuscul. questionũ) libido seu cupiditas, lætitia, ægrotudo, & metus, quæ concitantur ex appetentis uel auersantis animi commotione. Voluptas expetenda uidetur: dolor fugiendus. Hinc prosperitas, calamitas, deliciae, honesta, turpia, quæ animæ obiecta uulgò dicuntur, et latine animum afficientia, perturbationes excitant, et quietũ mentis statum labefaciunt.
Perturbatio animi.	Perturbatio corporis dicuntur, quæ corpus afficiunt, ut pallor ex metu, rubor ex pudore natus. Patibilis qualitas dicitur, quæ orta est ab effectu aliquo, uel in animo, ut insania ex tristitia: uel in corpore, ut nigror ex calore, pallor ex morbo, ueluti phthisi: quæ hoc differt à perturbatione, quòd hæc repentina sit, ac facile mobilis, subitoq; animum uel corpus afficiat: ut ira, timor, membrorum horror, pallor ex metu subito, rubor ex pudore, &c. ex quibus pallescere
Perturbatio corporis. Patibilis qualitas.	
Quid differant inter se perturbationes, & patibiles qualitates.	

CORNELII VALERII.

lescere & erubescere dicuntur, itemq; iratus, letus,
 ebrius, &c. illa uerò sit diuturna, ut iracundia, timidi-
 tas inuidia, amor, ambitio, pallor ex diuturno pauore
 uel amore impotente: hinc pallidum esse, iracundum,
 &c. quorù tamen quædam uidentur ad habitũ referri
 posse. Respondet enim habitui patibilis qualitas, sicut
 ti et perturbatio diathesi: nisi malis utrunq; genus ad
 perpeffionem referri, quod dulce frigidum, etc. sensus
 nostros pati aliquid cogant. Patibiles qualitates, quæ
 sensus afficiunt, seu subiectæ sensibus (quæ uocant ob-
 iectæ sensuum) sunt colores, qui mouent aspectum: ut
 candor, nigror, atq; etiam lux: soni, qui auditum affici-
 unt: ut uox, tuſſis, mugitus, strepitus, &c. odores, qui
 odoratũ: ut, foetor, fragrantia: sapores, qui gustatum:
 ut, amarum, dulce, salsum, &c. Tractabiles qualitates
 (uulgò tactiles) quæ tactum: ut calor, frigus, siccitas,
 humor, quæ primæ qualitates nominantur. Præterea
 secundæ qualitates, durum, molle, graue, leue. Addunt
 leue, asperum, densum, rarum seu crassum, & tenue:
 sed hæc Aristoteles potius ad situm referenda censet.
 Quarta specie qualitatis continentur figura & for-
 ma. Figura complectitur inanimorum speciem, ut cœ-
 li, plantarum, fluminum, linearum formam rectam uel
 obliquam, figuram circularem, tetragoniam, cubi-
 cam, ex qua rectum aliquid uel obliquum dicitur, etc.
 Eam quoq; (ut multis placet) speciem, quæ est opificiũ

Patibilis qua-
 litas habitui
 respondet,
 perturbatio
 diathesi.

Durũ & mol-
 le supra in-
 ter naturales
 vires posita
 sunt: hic autẽ
 collocantur,
 q̄ sensum
 tangendi,
 moueant.
 Quarta spe-
 cies qualita-

indu-

TABVLAE DIALECT.

industria & artificio confecta, ut sunt domus, nauis, tunicæ, calceus, mensa, arca, liber, instrumenta, arma, aliæq; innumerabilia. Forma animatorum omnium figuram notat: ut mille hominum species, leonum, equorum, &c. Hinc homo formosus & deformis. Atq; hæc Pachymerij sententia est: sed alia Aristotelis & Boëtij, qui figuram uocant linearum comprehensionem, ut triangulum tribus constans lineis: formam uerò, aptam compositionem & pulchritudinem, tam in animalibus quàm in rebus. Qualitas intenditur ac remittitur (ut in eodem corpore frigus aliàs uehementius, aliàs remissius) sed non omnis. Nec enim figura intenditur, aut remittitur: ueluti circulus, triangulū. Contrarium habet (ut calor & frigus, quæ in eodem genere posita inter se pugnant) sed non omnis. Nam quamuis uirtuti uitium sit contrarium, nihil est tamē triangulo, quadrato, circulo, cylindro, cæterisq; figuris contrarium. Siquidem quarta qualitatis species, & ea quæ sunt qualitibus contrarijs interiecta, ut colores medijs, ueluti fuscus, pallidus, &c. itemq; saporibus & odoribus intermedijs, contrario carent. Propriū est qualitati uniuersæ & soli, ex ea simile aliquid aut dissimile dici. in definiendi ratione ex hoc ordine ducta, differentiæ plerunq; ab officio petuntur: ut iustitia est uirtus, quæ suum cuiq; tribuit.

Sequitur tabula qualitatis.

Qualia

Proprietates
qualitatis.

Definiendi
ratio.

TABVLAE DIALECT.

		Animi	Intelligentiæ, sapiëntia, prudëntia, artes: Voluntatis, virtutes, vitia.					
Prima	{	Habitus eõ iãt	{	Corporis, ars gladiatoria, nãrandi, &c.				
		& diuturnus,						
		Dispositio (rectius diathesis) mobilis. Duplex est hæc quoq; ite- dem vt habitus, diathesis animi & corporis, &c.						
Secunda	{	Naturalis potencia (latine vis naturalis) ex qua dicuntur docti- lis, acutus, &c.			(lis, hebes, &c.			
		Naturalis impotentia (latine reluctatio naturæ) ex qua indocti- mãntis, vt vires orbium cœlestium, y. erum, elemẽtorum,						
DupleX autẽ est vis naturalis, in	{	Animatis	{	Corporis, vt valetudo, a lacrimas, &c.		(lapidum,		
				Sexu, vt mas, fœ- mina.	Vegetans, veluti nutriens, augens, & gene- rans, etiam in plantis: præterea apprensus, seu attrahens, retinens, concoquens, im- mutans, expulsiens.			
Contraria ra- tione diuide- tur naturalis imbecillitas, vt, valetudo mala, sterili- tas, &c.	{	Animæ ex	{	Constitu- tione na- turali,	{	Inte- rior.	{	Sensus communis; phãtasia, cogitatio cum existimatiõe & memoria.
				Corporis choleri- ca, &c.		Sentis cois ho- mint cõ bestijs.		Exte- rior.
				Viribus naturali- bus, vt vis.	{	Inte- rior.	{	Appetens, Fugiens.
			Acacis, vt paeri- tia.	Ratio- nalis, qua be- stijs p- stamus		Hinc oriuntur perturbatio- nes.		Ambulans Volans Natans.
				Proprie- tatis, sin- gularum animalium, vt ridere, hincire, &c.		Exte- rior,	{	progre- diens
								Libido, lætitia gesticans. ægritudo, merus.
Tertia	{	Passio latine perturbatio	{	Corporis, vt pallor ex metu, rubor sub- tus ex pudore.				
		Passibilis qualitas lati- ne patibilis, du- plex est,		Orta ex perturbationibus in	animo			
Quarta	{	Sub- ie- ctã sen- sib.	{	Colores	{	Quinque	{	Corpore,
				Soni				Aspectum
				Odores				Auditum
				Sapores				Olorarum
				Tractabiles				Gustum
				qualitates.				Tactum.

Collas

TABVLAE DIALECT.

Collatio. 21.

Arist. Categ.
capite de ijs,
quæ cum ali-
quo confe-
runtur.

Quid colla-
tio? signifi-
cat rerû dua-
rum compa-
ratione. Ex
hac orta no-
mina vulgò
relativa di-
cuntur, vt do-
minus, ser-
uus.

τὰ πρὸς τὴν, Quintilianus uocat, quæ sunt ad ali-
quid, Cicero collationem, & quæ cum alio conferuntur.
Et sunt, quorû uis et natura omnis est, ad aliquid
affectum esse quodammodo. Neq; enim collatione res
notantur, sed mutua quedam rerum connexio, et uni-
us ad alterum affectus. Peruntur hæc affecta seu con-
nexa ex omnibus ^{aliquibus} ordinibus. Ac primû quidem compa-
rantur hic substantiæ inter se per quantitatem, quali-
tatem, actionem, et cætera elementa. Quantitatis no-
mine cõferuntur substantiæ per æquale uel inæquale,
per par uel impar, ut magnus paruo, par impari, etc.
Item primus, secundus, simplum, duplum, & c. Quali-
tatis nomine, per simile uel dissimile cõparantur, ora-
tor cum oratore, audax cû audace, uel timido, mas cû
foemina, & c. Actionis & perpeffionis nomine per
generationem, & cognationem, & affinitatem, pas-
ter cum filio, auus cum nepote, soecr cum genero, etc.
Per æqualem comparisonem conferuntur uenditor
emptori, maritus uxori, amicus amico, & c. Per inæ-
qualem, dux comiti, imperator militi, dominus seruo,
præceptor discipulo, magistratus ciuibus. Huc refer
personarû discrimina, ingenuos, liberos, seruos, liber-
tos, libertinos. Et per alios modos agendi, & patien-
di, ut autor comparatur operi, actor reo, etc. Per ubi,
uicinus uicino. Per quâdo, coæuus seu æqualis æquali.

Per

CORNELII VALERII.

Per situm esse, pronus supino, stans sedenti. Per habere, togatus chlamidato, continens ei quod continetur, diues pauperi, &c. Quantitates inter se conferuntur per equale uel inaequale, ut magnitudo paruitati, casus pius campo, tempus praeteritum presenti, duplum simplex, totum dimidio, quaternio senioni, semissis alteri semissi, urceus amphora, annus mensibus, &c. Qualitates inter se per simile uel dissimile comparantur, ut uirtus uirtuti, uel uitio: unde praemium gloria, peccatum, poena, &c. scientia scientiae, uel inscientiae, uerum falso: candor nigrori: amicitia inimicitiae: aliaque multa ad eundem modum. Secerni autem haec omnia a qualitatibus, & internosci hac ratione possunt: ut si exempli causa, scientia eius rei, quae sciri potest, scientia dicitur, relatum intelligimus: si hominis esse, non rei dicitur, qualitatem. Actiones inter se comparantur, augere minuere, emere uendere, emptio uenditio, etc. Per sessiones inter se augeri, minui, &c. Vbi inter se, ut domi, foris, &c. Quando inter se, cras, heri, &c. Situm esse inter se, statio sessio, pronum supinum, &c. Habere inter se, togatum esse, chlamydatum, ornatum esse, inermem, inornatum esse, uestitum, nudum, &cetera. Proprium est relationi, affecta colligere, quae inter se reciprocantur, & natura sunt simul, ut pater filius, ut seruus dominus, duplum simplex, &c. Nam seruus Domini seruus dicitur, & Dominus

serui

Collato enim. Da est
 natura, quae in
 que in una est
 ut inter se inter
 gaudium inter hanc
 naturam suam de
 illa comparatio
 me f. ab e. sed
 a. x. de latione
 quidam factum
 f. u. op. ubi q. u.
 sub. i. t. e. m. b. f. u. b.
 in h. i. s.

Quomodo
 relata fecerantur a qualitatibus, ex Aurelio Augustino.

Proprietate

CORNELII VALERII.

In hoc collationis ordine conferuntur inter se	Substantiæ per	Quantitatē	Vt per	} Generationem, cognationem, & affinitatem.			
		Qualitatem			} Aequalem cōparationem.		
		Actionem & Perpeſſionē				} Inæqualem comparationem. Huc referentur personarū discrimina.	
		Vbi					} Alios varios modos.
		Quando					
		Situm esse					
		Habere					
		Quantitates.					
		Qualitates.					
		Actiones & passiōes, & reliquæ categoriæ.					

Relata duplicia sunt; alia propriè dicta, ut pater, filius, &c. quæ sine collatione intelligi non possunt, & appellantur uulgò relatiua secundum esse: alia impropriè, quæ secundū dici uocauerunt, ut ea quæ præter primariam significationem, etiam affectionem ad aliud notant: ut scientia, & id quod sciri potest. Reliquæ sex categoriæ possunt ad hanc, autore etiam Aristotele, reuocari, cum species tantum collationis esse uideantur: ut calfacere, calſieri: ante, retro, prius, posterius: pronus, supinus: habere, haberi: quæ deinceps ordine subiunguntur.

Duplicia relata.

Arist. in Categor. de ijs, quæ cum aliquo conferuntur.

Agere, τὸ ποιεῖν, effectio. 22.

Agere, seu facere, est uim suam in rem patientem inducere. Est enim effectio, uis in aliud minus seu infirmius explicata: ut ignis in ligna inductus, ea accendit. Continentur hac classe uerba omnia, cum nominibus, quæ agendi significationem habent: ut dicere, docere, scribere, et disputare, uiuere, negotiari, conuiuare.

Actio est efficientis ad id quod accipit, comparatio.

D ri.No-

TABVLAE DIALECT.

Verba mot^o. *ri.* Nomina quoque significationis actiuae à uerbis d^{ist}
 Excipiuntur *Et a, quæ rem non perfectam, sed inchoatam signifi-*
 verba sensuū *cant: ut edificatio, testamenti factio, itemq; partici-*
 à Peripateti- *cia, ut scribens, scripturus, iuratus, & cæ. Verba mo-*
 cis. *tus cum suis uerbis: ut, eo, ambulo, nauigo, curs-*
 Nam audire *ro, cursus, & c. Generare, abolere: augere, minuerè:*
 est audiendi *ortus, interitus: accessio, diminutio, & c. Excipiuntur*
 sensu moue- *ab hoc ordine uerba sensuum, & perturbationum,*
 ri. *quæ passionem actiua uoce significare dicuntur: qua-*
 Animæ vis *lia sunt, sentire, audire, gustare, uidere, inuidere, me-*
 agit, corpus *tucere, & c. In his autem motus uerbis, & similibus,*
 patitur. *ambulare, proficisci, saltare, uiuere, loqui, currere, &*
 Sex actionis *cæt. actioni passio coniuncta esse dicitur, & mouendi*
 partes. *uis ab anima mouente proficisci, agiq; corpus, & im-*
 Esse in mo- *pati. Fecerunt ex ui naturæ sex actionis partes, quæ*
 tu, non qui- *sunt motus species: ut, ortus, interitus: accessio, deces-*
 escere. *sio: immutatio, migratio seu loci mutatio. Nam pro-*
 Arist. Categ. *prium esse tradunt actioni in motu esse, et passionem,*
 cap. agere & *ut ipsi loquuntur, inferre, hoc est, mutationem aliquam*
 pati. *rei patienti. Vtrunque contentionem capit & remis-*
 Proprietates *sionem: ut calfacere, refrigerare magis uel minus*
 actionis & *aliud alio dicitur. Est & actio nonnunquam*
 perpassion. *actioni contraria, ut incendere,*
 Contrarium *extinguere.*
 iteq; magis
 & min^o reci-
 piunt ratione
 qualitatum
 contraria-
 rum, frigoris
 & caloris, &
 cæt. maioris
 vel minoris.

Actio

CORNELII VALERII.

Actio seu ef- fectio alia est	Naturalis, quæ vi natu- re fit, vt sunt mo- tus spe- cies, in	Essentia, } Generare seu producere.
		seu sub- stantia, } Corrumperè, latinè abolere.
		Quantitate. } Augere.
		Qualitate alterare, seu latinè immutare, vt humectare, calfacere, frigefacere.
		Vbi, locò mouere, latinè locum com- mutare, vt fursum deorsum ferre ali- quid, ire, redire, saltare, nare, volare, serpere, &c.
		Voluntaria, quæ complectitur, quicquid aliquam designat actionè, vt discere, docere, disputare, in- telligere, scribere, conuiuari, negotiari, &c. Huc refer omnium personarum officia, sacra & pro- phana, virtutum, vitiorum, artium, &c.
Actio alia		Inducit vim in rem accipientem, vt verberare, &c. Non inducit vim, sed in eadem substantia terminatur, vt cogitare, argumentari, &c.

Pati, τὸ πάσχειν, seu fieri, seu accipere.

Perpassio. 23.

Perpassio, est accommodatio patientis ad id, quod
efficit, ut produci uel oriri, aboleri, (uulgò corrumpi)
seu interire, augeri, minui, immutari (uulgò alterari)
crescere, decrescere arbores: Et dici, doceri, scribi, &
cæt. mutata ad hunc modum effectiõnis tabula. Sed uer-
ba neutra, quæ Grammatici uocant, et absoluta, ad qua
litatis ordinem referuntur, ut erubescere, pallere, &
similia, quòd magis formam notare uideantur. Prop-
rietates proximo superiori capite posite sunt.

Passio est pa-
tientis ad id,
quod agit
comparatio.

Verba neu-
tra.

D 2 Vbi

TABVLAE DIALECT.

Vbi. 24.

Proprieta-
tes.

Loca diuer-
sa.

Vbi (τὸ πῶ) ordo est, qui locorum descriptionem cōplectitur, in quibus aliquid esse, fuisse, fore, factum uel dicitur: in superis, in inferis, in caelis, in aqua degerere, in terris uersari, in mari, in flumine, esse aliquid uel fieri Colonia, domi, infra, supra, à dextra, à sinistra, antè, ponè, &c. & quicquid aptè respōdemus interroganti, ubi res sit, aut geratur. Quò, quò, unde, eodè referenda quibusdam uidètur: ut sursum, deorsum, ad inferos, hác, illác, rure, domo, etc. Vbi, genus summum est: in urbe. species ultima: Louanij, indiuiduum. Haec Categoria nihil est contrarium: nec intenditur, nec remittitur. Nam esse in templo, non est magis Vbi, quàm esse domi, &c. Proprium est ei comprehensio. Contrarium hìc dialecticè intelligendum est, nō physicè. Nam supra & infra esse, contraria sunt physicis: itemq; motus sursum & deorsum. Locus huc non pertinet, sed loco circumscribi, & esse aliquid, fieri, agere uel pati in loco, siue eius quod agit patitur uel affectio ad locum: quemadmodum nec tempus ad τὸ πῶτὲ referendum est, sed hoc uel illo tempore factum esse quippiam, uel esse uel fieri, agere uel pati, siue rei agentis uel patientis ad ipsum tempus affectio. Locus aut naturalis est, ut terra, mare, aër: aut fortuitus seu accidèntalis, & is uariis: ut uicinus, remotus: amplus, angustus: sublimis, humilis: maritimus, mediterraneus: aquosus

CORNELII VALERII.

æquosus, siccus: planus, mōtosus: læuis, asper: celebris,
desertus: coedificatus, uastus: honestus, infamis: apri-
cus, opacus: salubris, pestilens: cultus, incultus: sacer,
prophanus: publicus, priuatus: ut forum, templum, re-
gio, prouincia, &c. Mirè ualet hæc categoria, & ea
quæ subiungitur, ad coniecturas, laudes, & uitupera-
tiones: nec infirmam præstat utraq; probationem.

Quando. 25.

Quando (τὸ ποτὲ) continet temporum differen-
tias, quib. aliquid esse, fuisse, fore, facere, pati, dicitur.
Subijcitur huic ordini, quicquid ad interrogandi par-
ticulam Quando, legitimè respondetur: ut nunc, heri,
noctu, interdiu, citò, serò, breui, Calendis, Idibus, tem-
pore hyberno, belli, pacis, intempestiuè, &c. aliquid
esse factum. Interuallum temporis ad quantitatem qui-
dam referunt: ut si queratur, quot annos Augustus im-
perarit. Au uanc uerò classem, si queratur, an Augu-
sto regnante pax toto orbe terrarum fuerit. Tempus
autem triplex est: præsens, cum quo conferuntur præ-
teritum & futurū. Temporis præcipuæ sunt partes,
annus, mensis, hebdomas, dies, hora. Annus duplex:
maximus, & uertens: dies naturalis, & ciuilis: hora
æqualis, et inæqualis: quæ breuiter à nobis in Elemen-
tis astronomicis explicata sunt. Sunt dies festi, profe-
sti, ferie, nundine, fasti, nefasti, uer, æstas, bienniū, se-
culū, &c. tempus serenum, nubilū, dies uentosi, niua-

*Tempus æquū
& inæquū
& uertens
& non uertens*

D. 3. les,

TABULAE DIALECT.

Proprieta-
na.

les, &c. Proprium est τὸ ποτὲ ἐκfluere, & non pere-
manere, quod ratione temporis ei tribuitur. Contra-
rio caret, & intentione ac remissione.

Situm esse, οὐρανός. 26.

Situm esse, τὸ ἰσχυρῶς εἶναι (quod est, ut Quintilianus
ait, compositum esse quodammodo) genus est eorum non-
minum, quæ corporis & partium eius positum exprê-
munt: ut stare, sedere, cubare pronum, supinum, in latus;
status, sessio, cubitus. Sic dicitur domus orientem spes-
tare, in planitie, aut in colle condita. Hinc petuntur
locorum descriptiones. Nō intenditur neq; remittitur,
quæmobrem nec contrarium recipit. Neq; enim sedere
& stare contraria sunt, ne uni plura contraria sint.
Dialecticè hoc quoq; intelligendum est, & propriè,
eum alioqui capitis situs supra sit, & pedum infra. De
quibusdam rebus stare dicitur, de quibus sedere dici res-
tè nequeat. Nam stant montes, turres, arces, &c. iac-
cent aræ, campi. iacet terra, uel pēdet potius, ut aër,
ignis, astra. Estq; unus tantummodò rerum inanima-
tarum situs: in animalibus uarij sunt. Adē enim animal
nunc stat, nunc sedet: modò iacet, modò pēdet: idq; uel
rectum, uel incuruum: uel pronum, uel supinum.

Habere. 27.

Arist. Categ.
cap de habē-
di generib.
Habitū Dia-

Habere, τὸ ἔχειν, est amictu aliquo tectū esse. non
cabula completitur à uestium, armorū, et ornament-
torum nominibus deducta: ut pretextatum esse, toga-
tum.

CORNELII VALERII.

tum, tunicatum, & c. galeatum, hastatum, loriatum, esse cum telo, & c. bullatum esse: annulo, monili, insu- la, sceptro, fascibus ornatu, & c. bestiam pilis, uillis, squamis, teetam esse: cornibus, unguibus, dentibus ar- matam: phaleratum esse equum, clitellarium asinum. Possidere auru, habere praedia, uxorem, maritu, & c. Plenum esse liquore, frugibus, & c. Substantia integra mentum habere dicitur, et hoc haberi. Capit to x ep intentionem & remissionem et contraria. Armator enim est eques pedite. Contraria sunt seu priuantia potius, armatus, inermis: uestitus, nudus.

lectici voca-
runt, quod
rectius inte-
gumentum
appellatur.

Habere distri- bui po- test in	} Teetum esse	Vestitu esse, vt togatu esse, &c.
		Armatum, vt loriatum, &c.
		Ornatum, vt bullatum, &c.
		Possidere auru, habere praedia, vxore, &c.
}	} Capere seu cotinere, vt plenu esse liquore.	
		Usus categoriarum, & vocum com- munium. 28.

In his ordinibus uaria generum, formarum, differ-
rentiarum, & indiuiduorum exempla reponuntur, et
immensa rerum cognatarum copia in has decem clas-
ses digesta comprehenditur. Ex quibus finitionum &
diuisionu materia, propriaq; rerum attributa petun- Arist. lib. i.
tur. Cum enim definitio omnis ex genere constet & Top. cap. 4.
differentia, uel alia quapiam proprietate, quae de eo
quod definitur, uicissim dici possit: frustra definire co-
netur is, qui uocum quinq; naturas ignoret: frustra q;
diuidere, cui generis, speciei, differentiae, accidentis
D 4 tium.

TABVLAE DIALECT.

tium, & subiectorum ratio sit ignota. De amplitudine et angustia, rerumq; inter se cognatione supra etiam sub capite, De usu quinque uocum, quarum haec propria est explicatio, diximus. De categoriarum usu uide Quintilianum lib. 3. cap. 6. qui decem haec elementa (sic enim categorias appellat) partim ad status, partim ad quosdam argumentorum locos refert.

De usu Categoriarum Quintilian.

De Postpraedicamentis. 29.

Conuenientia.

Arist. Top. lib. 1. cap. 6. & li. 7. Top.

Pugnantia. Differentia. Numero differunt eiusdem speciei indiuidua. Specie differunt & diuer-

Traduntur & alia quaedam post categorias, quae Postpraedicamenta uulgo dicuntur, quibus uoces aliquot ex categorijs repetitae, distinctius explicantur: ac primum quidem conuenientia, ac pugnantia. Conuenientium autem quaedam conueniunt, seu eadem dicuntur genere, quaedam specie, quaedam numero. Ac genere quidem eadem sunt, quae eidem generi proximo subiiciuntur: ueluti homo & leo, prudentia & temperantia. Specie autem dicuntur eadem, quae referuntur ad eandem speciem: ut Demosthenes, et Cicero. Numero dicuntur eadem, cum res una pluribus declaratur: ut temperantia, modestia, σοφροσύνη: ut gladius, ensis: ut homo & animal ratione praeditum (nam utriusque eadem est substantia.) Et, Cicero, Tullius, Latinae eloquentiae princeps, pater patriae, &c. Pugnantium alia sunt differentia seu diuersa, alia opposita seu contraria. Differentium alia numero discrepant, ut indiuidua: ueluti singuli inter se homines. Alia specie differunt, quae eadem

specie

CORNELII VALERII.

specie non continentur; ut diuersarum formarū indiui-
 dua inter se distantia: ut hic equus, hic asinus. uel eius-
 dē generis diuersæ species, ut equus, asinus. Alia gene-
 re distant, ut ipsa diuersa genera, et quæ ad idem pro-
 ximum saltē genus nō referuntur, ut animal et arbor:
 quorum illud ad corpus animatū sentiens, hoc ad stir-
 pē refertur: itemq; homo et quercus, quæ sunt anima-
 li & arbori subiecta. Huc potissimum pertinent, quæ
 totis rerum ordinibus discrepāt: ut magnitudo & ha-
 bitus, ut substantia & qualitas. Opposita, quæ Græcè
 ἀντικειμενα dicuntur, copiosius in Topicis explica-
 buntur. Hic indicare satis erit, quatuor esse opposito-
 rū species: relata, ut pater & filius: contraria seu ad-
 uersa, ut candor nigror, quæ maximè dissidēt: priuan-
 tia, ut aspectus, cæcitas: cōtradicientia seu negantia, ut
 terra mobilis est, terra nō est mobilis. Prius & poste-
 rius quinque modis dicuntur: simul duobus. Prius aliquid
 dicitur tēporis ordine: ut, Cicero Quintiliano prior
 est: dies hesternus hodierno, & hic crastino: pueritia
 iuuentute. Naturæ ordine prius id dicitur, à quo uicif-
 sim retro non com meat consequentia: sic animal ho-
 mine prius est (nam si homo est, & animal est: nō au-
 tem, si animal est, idcirco hominem esse necesse est)
 homo Socrate: hoc modo priora dicuntur genera for-
 mis, & formæ indiuiduis, partes toto, cause effectis,
 subiecta adiacentibus. Situ & quodam ordine prius

rum forma-
 rum indiui-
 dua, & eidē
 generi subie-
 ctæ formæ.
 Genere diffe-
 runt tū ipsa
 diuersa gene-
 ra, tum for-
 mæ diuersis
 generibus
 subiectæ.
 Opposita,
 cap. 70.
 Arist. in Ca-
 teg. cap. de
 contrarijs.

Prius & po-
 sterior.
 Idem eodem
 loco, cap. de
 modis prio-
 ris.

D S dis

di-
 etia-
 ro-
 ui-
 en-
 par-
 ue-
 uot-
 pri-
 tiū-
 re,
 ea-
 elu-
 au-
 eci-
 ea-
 tia,
 &
 sub-
 in-
 ren-
 en-
 sin-
 dem-
 ecie

TABVLAE DIALECT.

dicitur uelut à freto Herculeo Graciam petenti Galia prior est Italia: & in corpore humano descendens à uertice caput uentre prius est, et hic pedibus. In grammatica literæ sunt syllabis priores, syllabæ dictione: in rhetorica proœmium narratione prius est, &c. Dignitate prius id dicitur, quod præstantius est

et honoratius. sic consul prætore prior est, hæc ædilibus aurum argento, anima corpore, &c. Causarum ordine solis ortus die prior dicitur, differentia specie, species proprio. simul aliqua dicuntur tempore & natura. Tempore, ut calor & splendor in sole simul hærent: angeli omnes eodẽ tempore creati. Natura, ut ea quæ reciprocantur, & neutrum alteri est ortus causa: ut durum & dimidiũ, pater & filius. Huc referunt quidam species plures & differentias eidem generi subiectas, ut hominẽ & bestiam, equum, leonẽ, rationis capax, & expers. Motus species in effectuum categoria recensuimus. Et uerbum habere in ordine postremo.

Tabula secunda definitionis & diuisionis.

De definitione nominis. 30.

Cognitis quinque illis uocibus et decem categorijs, tradende sunt definitio & diuisio, quæ nascuntur ex descensu à genere per differentias ad species: duæ res omnibus artibus maxime necessarie. Definitio est oratio, quæ uocis aut rei alicuius naturam explicat. Ea duplex est: nominis, & rei. Definitio nominis est,

qua

Simul] Arist. et honoratius. sic consul prætore prior est, hæc ædilibus aurum argento, anima corpore, &c. Causarum ordine solis ortus die prior dicitur, differentia specie, species proprio. simul aliqua dicuntur tempore & natura. Tempore, ut calor & splendor in sole simul hærent: angeli omnes eodẽ tempore creati. Natura, ut ea quæ reciprocantur, & neutrum alteri est ortus causa: ut durum & dimidiũ, pater & filius. Huc referunt quidam species plures & differentias eidem generi subiectas, ut hominẽ & bestiam, equum, leonẽ, rationis capax, & expers. Motus species in effectuum categoria recensuimus. Et uerbum habere in ordine postremo.

h. Cat. ca. de modis simul. Na si duplũ sit, etiã dimidiũ est: & si dimidiũ, etiã duplum. nec tamen alteri alteri causa est, ut sit. Subiectas] nõ aut genera quæ suis formis priora sunt. Arist. eodem loco. Definitio.

Cic. in 1 op. Arist. To. li. 1. cap. 4. Et post. Anal. li. 2. cap. 10. Definitio nominis.

CORNELII VALERII.

qua dictionis explicatur significatio. Huius decem for Boetius lib.
 ma sunt. Prima dicitur $\kappa\tau\lambda\acute{\epsilon}\xi\eta$, cum notiori uerbo de definitio-
 quippiam declaratur: ut fari est loqui. Capitulis dimit- nibus.
 nutio est prioris status commutatio. Lata culpa est I.
 nimia negligentia, dolo proxima. Secunda, $\kappa\tau\lambda\delta\iota\alpha$ 2^a
 $\phi\omicron\upsilon\alpha\upsilon$: ut, inter regem et tyrannum id int. est. quod
 ille iure, hic ui dominatur. Huic affinis tertia, $\kappa\tau\lambda\alpha$ 3^a
 $\phi\alpha\upsilon\sigma\epsilon\sigma\iota\upsilon\tau\omicron\iota\epsilon\nu\alpha\upsilon\tau\iota\delta$, per cōtrarij remotionem: ut,
 Virtus est uitium fugere, &c. (Quo genere tum uti-
 mur, cum notum est contrariū.) Ad quam referuntur
 negantia & priuantia: ut, infans est, qui fari non po-
 test. Cæcus, qui despicere non potest. Quarta, $\kappa\tau\lambda\epsilon\nu\alpha$ 4^a
 $\delta\epsilon\iota\alpha\upsilon\pi\lambda\eta\sigma\epsilon\iota\kappa\tau\delta\omicron\mu\omicron\gamma\epsilon\iota\delta\alpha$, per defectum: ut, Do-
 drans est, cui quadrans deest. Quinta, $\kappa\tau\lambda\mu\epsilon\tau\alpha\phi\omicron$ 5^a
 $\rho\alpha\upsilon$, per translationem: ut, Mors ultima linea rerum
 est. Pecunia est neruus belli. Adolescentia est flos eta-
 tis. Senectus est occasus uitæ. Sexta, $\kappa\tau\lambda\epsilon\pi\alpha\nu\omicron$, per 6^a
 laudationem: ut, iustitia est regina uirtutum omnium.
 Homo est, qui longè bestijs præstat. Et per uituper-
 tionem: ut, Otium est pestis adolescentum. Septima, 7^a
 $\kappa\tau\lambda\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\upsilon$, per proportionem: ut, Sol est mundi
 oculus. Ciuitas sine magistratu, est nauis sine guberna-
 tore. Lex est anima ciuitatis. Pictura est tacita poë-
 sis. Octaua, $\omega\epsilon\zeta\upsilon\tau\upsilon\pi\omega$, exempli causa: Substantia est, 8^a
 ut homo. Nona, per periphrasim: ut, Troiani belli scri- 9^a
 ptor, id est, Homerus. & per hypotyposin: ut, Achilles

113

TABVLAE DIALECT.

Horatius
epistola de
arte poetica.

10.

Cic. in Top.

Ouidius
6, Fastor.

Necessaria
nominis de-
finitio.

Arist. lib. 1.

Top. cap. 13.

Nominis de-
finitione nō
solum vis
verbi, sed lo-
cutionis eti-
am exprime-
da est.

uir est impiger, iracundus, inexorabilis, acer, &c. Po-
strema ἔτυμολογία, quæ notatio Latine dici-
tur, cum ex vi nominis elicitur definitio: ut, assiduus
est, qui asses dare potest, id est, diues. Locuples, loco-
rum plenus. Pecuniosus, qui pecuniarum copiam habet. Fi-
des, qua fit id quod dictum est. Focus, quod foueat om-
nia, dicitur. Etymologia uocis à probatis Grammaticis
est petenda: quæ si peregrina fuerit, ex proprio cuius-
que lingue idiomate iudicari debet. Et sua cuiusque ar-
tis propria uocum significatio, & sermonis proprie-
tas cautè ponderanda est. Adhibetur autem necessa-
riò nominis definitio, cum de uoce ambigua disputatur:
de qua nisi primum conueniat, cæca omnis & fluctu-
ans erit disputatio. Ut si de mundo sit differendum,
initio indicabimus, quid nos mundum appellemus. Ne-
que uerò hæc sacra prophanis immiscenda sunt. Res-
linquenda est sua Ecclesiasticis uocabulorum significa-
tio, non raro uehementer abhorrens à lingua Latina.
Nam Latini tantum sermonis studiosi uix agnoscant
principem huius mundi, quæ Iouis nomine miseri mor-
tales ac dementes olim ut Deum coluerunt, optimum
maximum, ac patrem hominumque deumque. At literæ
sacre hoc nomine diabolum notant impiorum domi-
num. Habent autem Ecclesiastici non uocabula tan-
tum peculiaria, qualia sunt fides, iustitia, iustificatio,
benedictio, caro, animalis homo, cornu salutis, &c.

sed

CORNELII VALERII.

sed novas etiam phrasas, & Latine linguae autoribus
 inauditas: ut, in ore gladij, in digito Dei, De torrente
 in uia bibet. Diligenter itaq; in quauis arte imprimis
 oportet exprimi, quae uis & sententia subiecta sit uo-
 cibus. Huc addendum est, si quid utile reperiatur in ijs, Parua logi-
 quae uocant parua Logicalia: in quibus hoc non pra- calia.
 tereundum traditur, eandem uocem aliâs formam sig-
 nificare seu ideam, aliâs rem indiuiduam: modò latius
 patere, modò angustius. Ut, Homo est animal, de spes-
 cie dicitur: Homo currit, agit, patitur, de indiuiduo.
 Cicero, Eloquens est, inquit, qui poterit parua sum- In Oratore
 missè, modica temperatè, magna & grauius dicere: ad Brutum.
 et, qui ad id quodcunq; decebit, poterit accommoda-
 re oratione: hoc est, de rebus omnibus benè, ornatè,
 copiosè, atq; aptè dicere. Haec definitio formam seu
 ideam exprimit, q̄ nullus Oratorũ potuit assequi.

De quinq; rei finiendae formis. 31.

Definitio rei est oratio, quae id quod definitur, ex-
 plicat quid sit: id est, quae sit eius, de quo agitur natu-
 ra, propriè & dilucidè ac breuiter ostendit. Constat
 autem definitio omnis ex genere, & differentia uel
 proprio, siue id rei insit, siue ita accidat, ut à cæteris
 rebus omnibus distet. Sic enim in Partitionibus Cice-
 ro docet: Non est, inquit, dubium id quidem, quin de-
 finitio genere declaretur, et proprietate quadam, aut
 etiam communium frequentia, ex quibus proprium
 quid

Arist. Top.
 li. 1. c. 4. & 6.
 & postea Ana-
 ly. li. 2. ca. 10.
 & ca. 3. Top.
 lib. 7. cap. 2.
 Definitio cõ-
 stat ex genè-
 re & diffé-
 rentia, uel pro-
 prio, siue id
 rei insit, siue
 accidat.
 Cic. in Parti-
 Cõmunium

c. Po
 dici-
 duus
 oco-
 Fi-
 om-
 ticis
 uius-
 ar-
 prie-
 essa-
 tur:
 etu-
 dum,
 Nes
 Res
 ficas
 tima.
 cant
 mor-
 mum
 teræ
 omi-
 tan-
 atio,
 etc.
 sed

TABVLAE DIALECT.

frequentiam
intelligit ac-
cidentium
aceruum.

Prima rei
definiendæ
ratio.
Arist. lib. 1.
Top. cap. 6.

Moderatio-
ni] aliter mo-
do atque ra-
tioni.
Cic. lib. 2.
de Inuent.
In Tuscul.
Quæst. ca. 13.

quid sit, eluceat. Quare cum non una proprietatis ex locis ductæ ratio sit (nam ex omnibus serè definitio- nes, sicut & diuisiones, duci posse uidetur) quinque rei definiendæ formæ pro differentiarum uarietate diuer- sos constituente finientur modos tractantur: quarum priores quatuor naturam rei explicant et essentiam, quinta accidentalis appellatur. Prima est finitio essen- tiæ, οὐσιν ὁδὸς: quæ constat ex genere proximo & differentia, seu proprietate quadam naturaliter, Ho- mo est animal rationis particeps, uel aptū ad risum. Bestia est animal rationis expertus. Hic materia for- mæq; naturali locus est. Homo animal est mente præ- ditum. Hoc modo finiuntur & accidentia eiusdem or- dinis cognata, quæ uulgò dicuntur alternatim posita: ut, Virtus est habitus animi naturæ moderationi con- sentaneus. (Alibi ita Cicero $\kappa\tau\lambda$ μετὰ φροσῶν: Virtus est rationis perfectio.) Habitus est animi uel corpo- ris qualitas usu comparata. Candor est color uisum dissipans. Linea est magnitudo longa. Et supra docui- mus in singulis classibus, superiora dici de inferiori- bus sibi cognatis, eamq; uulgò prædicationem essen- tialem appellari: ut, Aurum est metallum. Stadium est linea. Libido est animi perturbatio. Generatio est actio. Terræ motus, perpeßio. Accidentalem autem prædicationem uocari, cum accidentia uel de naturis uel de alijs accidentibus non cognatis dicuntur: ut,

Cice

CORNELII VALERII.

Cicero orat, Plato differit, Linea est curua, Artes
 sunt utiles, Mors terribile, &c. Cauendum est in hoc
 definitionis genere, ne eius, in qua res definienda res
 ponitur, categoriæ fines egrediamur: sed ex eadem se-
 ric genus differentiamq; depromamus. Secunda de-
 nitio causarum, ^{quod dicitur} est, que conficitur ex ge-
 nere & proprijs rei causis, que loco differentie col-
 liguntur. Cause quatuor sunt: materia, forma, effici-
 ens, finis. Materia dicitur, ex qua res aliqua confici-
 tur: ut, pannus uestis est materia: lana panni: ligna et
 lapides, domus: uapor nubis: ut, Domus est ædificium
 ex lignis & lapidibus constructum. Refer huc etiam
 materiam, in qua res hæret uel uersatur: ut, Pictura
 in tabella hæret. Patientia in rerum difficilium uolun-
 taria perpeffione uersatur. Dialectica in argumenta-
 tione, &c. Forma est rei figura, & ex materia facta
 species, ex qua nomen res queque dicitur: ut, Toga ue-
 stis est exterior, laxa & sinuosa, que subtracta em-
 gebatur. Tunica uestis breuior, sine manicis. Pallio
 tunica propior, quia interior: et pallium exterius la-
 tæ diffusum. Ex forma res naturalis agendi facultate
 tem habet: ut, Auis est animal uolatile. Homo est, qui
 ex corpore & animo constat. Animus melior homi-
 nis pars est, ex quo nomen est inditum: ut non abs re
 uulgò dictum sit, Forma date esse rei, cum res id quod
 est, formæ debeat acceptum ferre. Quanquã nas-

Cause qua-
 tuor.
 Arist. poster.
 Anal. lib. 2.
 cap. 1.
 Materia.

Forma.
 Naturalis
 forma motus
 siue actionis
 principium
 est: Artificio-
 sa, per quam
 res ad usum
 aliquem ac-
 commodas-
 ta est.

turas

TABVLAE DIALECT.

Efficiens.

Iustinianus
lib. 1. tit. 2. in-
stitut.
Senatuscon-
sultum.
Plebiscitum.
Dies.
Lex.
Finis.
Penula.

Matrimo-
nium.

uralem hanc formam rectius ad superiorem finiendi modum retuleris, ubi huic proprium locum fecimus, q̄ interiores hae causae duae reuera sint essentia rei, sed efficiens & finis exteriores. Efficiens causa, quae aliquid efficit, qui & autor rei dicitur: ut faber domus, uel nauis: sol diei, libri scriptor. Hic danda opera est, ut quoad licebit, causis utare proximis, praecipuis, et sufficiētibus. Ut, Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atq; constituit. Plebiscitum, quod plebs. Dies est lux à sole per mundum diffusa. Lex est donū deorum, urbis commune pactum. Pertinent huc instrumenta: ut, eruditio studio paratur, &c. Finis est, cuius causa aliquid comparatum est: ut, Vestis est indumentū ad corpus tegendum factū. Penula uestis est uilis, quae caeteras à pluuia defendit. Referrī huc & illa finitio possit, quae petitur ab effectis & officijs, quam commoditatis causa tertium finiendi modum constituimus. Absolutissimē censentur huius generis definitiones, quae sunt ex omnibus collectae causis. Ut, Matrimonium est legitima perpetuaq; uiri ac mulieris coniunctio, & studio gignendae sobolis, atq; uitandae scortationis causa, summa animorū consensione, inita uita & fortunarum omnium indiuidua societas. Materia, uir & mulier: forma, societas: efficiens, legitima, & animorum consensio: finis, gignere, &c. Nihil tamen opus est omnes adhibere causas congestas, si res paucioribus

CORNELII VALERII.

bus explicari queat. Sed cauendum est, ne causæ plu-
 ribus communes definitionibus adhibeantur. Tertium
 rei finiendæ genus fecerunt, quod ab effectis & offi-
 cijs ducitur, in quo differentie uice effecta, uires, pro-
 pria, & officia ponuntur: quod rectius fortassis ad
 causam, quam uocant finalem, refertur. Qua forma
 ferè definiuntur habituum nomina, uirtutum, artium.
 Et personarum officia, herbarumq; uocabula: ut, La-
 ctuca & malua herbae sunt, quæ uentrem leniunt. Sa-
 crilegus est, qui sacrum è loco sacro abstulit. Tyrannici-
 da, qui reipub. liberandæ causa tyrannum sustulit.
 Grammatica est ars, quæ rectè loquendi scribendiq;
 ratione, in optimis scriptorib. obseruatã docet. Phy-
 sica est causarum naturalium scientia. Rhetorica est
 ars benè dicendi. Dialectica benè disputandi. Actio
 est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Nam
 eodem quidam pertinere uolunt etiam relationum no-
 mina, quæ tamen alij ad efficientis causæ definitio-
 nem referrimallunt. Ut, Tutor est, qui pupillum defen-
 dit. Patronus, qui clientem. Maritus est, qui uxorem
 habet. Pater, qui filium. Genus est, quod species com-
 plectitur, etc. Quartus finiendi modus à partibus uel
 formis sumitur, in quo partes præcipuæ uel species
 proximæ in differentie locum succedunt: ut, Dies ci-
 uilis est spaciū uiginti quatuor horarum æqualium.
 Dies naturalis interuallū temporis est, quo sol orbem

Hoc genus
 ad finalem
 causam re-
 ferri queat.

Tyrannici-
 da.
 Grammati-
 ca.

Iustinianus
 Instit. lib. 4.
 tit. 6.

4.
 Vide Arist.
 poster. Anal.
 lib. 2. cap. 14.
 Dies ciuilis,
 vulgò nr̄alis.
 Dies natura-
 lis, vulgò ar-
 tificialis.

E nostrum

TABVLAE DIALECT.

Ius.
Partes quas
vocant inte-
grales, rectè
videntur ad
causam, quæ
dicitur mate-
rialis, referri
posse. Nam
debet omnis
definitio no-
tior esse eo,
quod defini-
tur.

Quintil. in
instit. orat.

nostrum lustrat. Sed posterior hæc dei definitio à cau-
sis ducta est (Ciuilem uulgus naturalem uocat & qui
naturalis est, artificialem.) Ius est, quod leges, plebis
scita, senatusconsulta, principum placita, magistra-
tuum edicta, responsa prudentum, morem & equita-
tem comprehendit. Virtus est, quæ prudentiam, iusti-
tiam, fortitudinem, temperantiam communiōe qua-
dam complectitur. Non est autem semper necesse, ge-
nus eius, quod definitur, exprimere. facile id sæpè, quam-
uis omissum, intelligitur: ut in exemplis superioribus,
& in alijs etiam nonnullis finiendi modis. Utimur
hoc genere, cum partes toto sunt notiores. Ad hanc
formam pertinet & diuisio generis in differentias &
species: ut, Ars est, quæ uel in inspectione, id est, cogni-
tione & estimatione rerum posita est, qualis astrolo-
gia: uel in agendo, qualis saltatio: uel in effectu, qualis
pictura. Fabius lib. 2. cap. 18. Quinta rei definiendæ
forma colligitur ex genere & accidentibus in diffe-
rentiæ nobis ignotæ locum succedentibus: ut, Ignis est
elementum calidum et siccum, maximeq; leue. Coelum
corpus est simplex, quod circumagitur. Homo est ani-
mal bipes, implume et erectum. Romani gens togata,
Græci palliati, &c. Tantisper autem accidentia gene-
ri adiicienda colligemus, dum rem explicandam satis
exprimant. Finiuntur hoc modo ferè animalia, plætæ,
metalla gemmæ, et alia plurima. Hoc genere persona-

rum

CORNELII VALERII.

tum quoque, locorum, temporum, & rerum descriptio-
nes continentur: ut, Achilles apud Horatium in arte:
fama & liuoris apud Virgil. inuidia & regia solis
apud Ouid. Et definitiones ἐννοηματικῆς, ποιητικῆς,
ὑπογραφοικῆς, & quæ supra sunt à nobis posite, πρὸς
φρασεῖς, ὑποτινωστικῆς: quarum omnium exempla sunt
passim apud historicos, oratores, & multa apud poë-
tas obuia. Distat tamen dialecticū per accidentia de-
finiendi genus, ab oratoria & poëtica descriptione:
quòd fortuita illa dialecticorum explicatio totam rei
naturam exprimat, & quid sit res, breuiter explicet:
descriptio uerò, qualis sit, ostendat copiosius.

ὑποτινωστικῆς. Recte definiendi præcepta. 32.

Recte definiendi præcepta sunt: ut finitio neque plu-
ra, neque pauciora complectatur, quam eius quod defi-
nitur, natura postulat: id est, ut nihil in ea neque præ-
termittatur, neque redundet: atque ut utrunque retrò etiã
uicissim commutare, mutuisque probationibus explicari
possit: hoc est, ut definitio eius, quod definitur, pro-
pria sit, ut ne possit in aliam rem transferri quamlibet:
sitque uerbis proprijs & apertis breuiter comprehen-
sa. Modum definiendi Cicero his uerbis præscribit:
Sic igitur ueteres præcipiunt, cum sumpseris ea, quæ
sunt ei rei, quam definire uelis, cum alijs communia,
eiusque persequi, dum propriū efficiatur, quod nullam
in aliam rem transferri possit, ut hoc: Hereditas est

E 2 pecu-

Boët. lib. de
diuisionib.
ἐννοηματικῆς)
quæ notis
quibusdam re
describit.
ποιητικῆς)
quæ rei quali-
tatem magis
quàm naturam
exprimit.
ὑπογραφοικῆς)
longior quàm
descriptio.
Definitiones
cognatæ sūt.
Quinque in
definitione p-
fecta requi-
rūt. Arist. in
Top. li. 6. c. 1.
Efficiendum
est, ut defini-
tione tota rei
natura breui-
ter explicet,
ut nihil neque
absit, neque su-
per sit. ut pro-
pria sit, nec
ulla cum alia
re cõmunis.
Vtile Cice.
præceptū de
modo defi-

TABVLAE DIALECT.

niendi rela-
tum in 1 op.
ex Arist. po-
ster. Anal. li.
2. cap 14.
Hereditas.
Retenta Jā
dño proprie-
tatis, vsufr-
ctuario mor-
tuo lib. 2. In-
stit. de vsufr.
Gentiles.
Nam seruo-
rū & liberti-
norū nulla
est gētilitas.

pecunia, commune adhuc: multa enim genera sunt pecunia. Adde q̄ sequitur, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit. Nondum est definitio: multis enim modis sine hereditate teneri moriuorū pecuniæ possunt. Vnum adde uerbum, iure. iam à communitate res disiuncta uidebitur, ut sit explicata definitio sic: Hereditas est pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. Nondum est satis. adde, nec ea legata testamento, aut possessione retenta. confectum est. Itemq̄ illud: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Nondum est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutē seruiuit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est: nihil enim uideo Scæuolam pontificem ad hanc definitionem addidisse. Hactenus Cicero. De utilitate definitionis & totius etiam dialecticæ, uide eundem de Orat. lib. 1.

De Diuisione. 33.

Diuisio no-
minis.
Boëtius de
diuisionib⁹.

Diuisio est rei per partes explicatio. Hanc distribuere licebit in diuisionem nominis, & rei. Diuisio nominis est uocis πολυσημία, & ambiguae in suas significationes distinctio, seu enumeratio significationum homonymi nominis, uel etiam orationis ambiguae, & idiomatis explicatio: ut si lupum distinguamus in hominem, quadrupedem, & piscem: Canem in bestiam terrenam, aquatilem, & sydus, hac forma: Canis aut
terre

CORNELII VALERII.

terrena bestia est, aut aquatilis, aut sydus. Vel, Alius terrenus, alius aquatilis, alius æthereus, &c. Quamuis autem hæc Rodolpho uix mereri nomē diuisionis uideatur, necessaria tamen est in omnibus disceptationibus diligens significationum enumeratio. Constituendum est enim primū, ut supra admonui, quid sonet uocabulum controuersum: quæ res uel sententia ei subiiciatur. Diuisio rei triplex est: generis in species totius in partes, & rei in accidentia, &c. Prima diuidendi ratio est, generis in species proximas diductio. Hoc modo animal in hominem & bestiam seu pecus diuidimus: magnitudinem permanentem in lineam, superficiem & corpus: rempub. in democratiam, aristocratiam, & monarchiam: ius in legem, morem, & æquitatem, hoc modo: Magnitudinum alia longa est, ut linea: alia lata, ut superficies: alia crassa, ut corpus. Corporum simplicium aliud cœlum, aliud elementum: quo modo ferè utimur, cū differentijs nomina indita non sunt, & formarum numerus non est infinitior. Animalium aliud est rationis particeps, aliud expers. quod genus tum adhibemus, cū formis nomina desunt: cuiusmodi maximè sunt illæ, quæ rursus tanquã genera diuidi possunt, quas subalternas uocant. Atq; hæc proprio nomine diuisio appellatur, quæ fit potissimum, cū genera per differentias proprias in suas formas ita diducimus, ut & hæc singulæ deinde gene-

Necessaria
nominis di-
uisio.
Rodolph. li.
1. cap. 7.
Diuisio est
rei commu-
nioris in an-
gustiores di-
ductio.

Diuisio.

TABULAE DIALECT.

Arist. lib. Ca-
teg. cap. de
modis simul.
Partitio.

Differunt
diuisio &
partitio.

neris nomen induentes, in alias subiectas diuidantur, donec ad indiuiduum perueniatur: ut, Animalium aliud λογικόν, aliud ἄλογον. Et ἄλογον aliud terrenū, aliud aquatile, aliud pennigerum. Et his singulis subiicienda suae species. Secunda rei diuidendae forma, est totius in partes seu praecipua mēbra distributio, quae propriē partitio nominatur: ut si Rempub. Roma. in senatores, equites, & plebeios partiaris: hominem in animam & corpus: & corpus in caput, uentrem, manus, pedes, &c. quas integrales partes appellant. In partiendo, quia longum esset saepe singula colligere membra, satis erit praecipua recensere. Sed ea tamen optima partitio est, cū partes collectae toti sunt aequales. Vide sub tabula quarta locum à partibus. Distat à diuisione partitio, quòd genus de quaque specie dici possit: totum autem, de quaque parte non possit. Nam recte dicitur, iustitia uirtus est, homo animal est: caput uerò homo dici non potest, nec pes, nec alia membra. Quintilianus initio cap. 1. lib. 7. Diuisio est, inquit, rerum plurium in singulas: partitio singularum in partes discretus ordo. Formas igitur & indiuiduas, quae diuisio reliquit indiuisa, ea sibi partitio distribuenda sumit: ut, cū per diuisionem diductum est animal in hominem & bestiam, succedat huic partitio, quae hominem in animum & corpus distribuet, ac deinde corpus in caput, uentrem, et cætera membra partietur.

CORNELII VALERII.

tietur. Tertius diuidendi modus (qui secundum acci-
dens appellatur) triplex est: Rei subiectæ in acciden-
tia: ut, Hominum alij liberi sunt, alij serui. Pharmaco-
rum aliud salubre, aliud noxium. Partimur hoc modo
substantiam per omnium accidentium categorias, &
per plerosque locos dialecticos, ut docet Rodolphus
libro 1. Alter huic contrarius, est accidentis in res sub-
iectas: ut, Bonorum aliud animi, aliud corporis, aliud
fortunæ. Postremus est accidentis in accidentia: ut, bo-
norum aliud honestum, aliud utile, aliud iucundum,
Hoc diuidendi genus est oratoribus frequens, quomo-
do Cicero in oratione pro lege Manilia Pompeij lau-
des enumerat, scientiam rei militaris, uirtutem, auto-
ritatem, & felicitatem. Huc potest & quarta referri
diuidendi forma, quam Rhetores tum partitionem, tū
distributionem orationis nominant, qua rerum tras-
tandarum ordo cernitur, et ad docilitatem pertinet,
necessaria non Oratori tantum, sed cuius etiam qua-
cunque de re differenti.

Partitio seu
distributio
orationis
rhetoricæ.

Rectè diuidendi ac partiendi præcepta. 34.

Cautiones
duæ.

Primum est, ut genus in proximas diuidatur spe-
cies & differentias: ut, Substantia alia corporea est,
ut corpus: alia corporis expers, ut spiritus: & diui-
sio, quoad fieri poterit (neque enim id perpetuum est)
duabus repugnantibus differentijs, totamq; generis
amplitudinem, seu rei diuise naturam complecten-

E 4 tibus

TABVLAE DIALECT.

In diuisione
pars nulla
neq; deesse
debet, neq;
superare.

In Top.

Vtilitas di-
uisionis.

Tractandi
thematis ra-
tionē docet
Arist. prior.

tibus absoluatur (uitiosum est enim, in diuisione ali-
quid prætermittere, maximè in re finita) ut, Animalium
aliud ratione præditum est, aliud rationis expers, quæ
repugnantes sunt differentiæ. Imperitè igitur hoc mo-
do diuiseris: Animalium aliud est bipes, aliud rationis
particeps. Hominum alij liberi sunt, alij rustici. Colo-
rum alius albus, alius niger. Sunt enim plura colorum
genera. Alterum est, ut differentiæ genus diuidentes
coniunctæ, generi sint æquales, & partes collectæ to-
ti: hoc est, ut eiusmodi sint diuisionis partes, quæ de
pluribus, quàm ipsum illud quod diuiditur, dici neque-
ant: hoc est, ut quicquid genere continetur, id totum
differentijs seu membris diuidentibus explicetur. Vt,
Quod est animal uel planta, id est, corpus uiuum: &
omne corpus uiuum est animal, uel planta. Cauendum
præcipit Cicero, ne pars in genere numeretur, id est,
ne id quod pars est, genus in diuidendo constituatur.
Itemq; contra, ne genus in parte numeretur, id est, ne
rei, quæ diuiditur, id pars ponatur, quod est eius ge-
nus. Vtilis est diuisio ad definiendum (nam diuisione
adiuuari finitionem Cicero docet) & ad methodum
rerumq; ordinem, præcipuum memoriæ adiumentum,
& ad lumen atq; copiam orationis, de qua uide Eras-
mum in initio 2. Copiæ commentarij.

De methodo seu ratione ac via breuiter
& perspicuè tractandi simplicis
thematis. 35.

In me;

CORNELII VALERII.

In methodo spectatur eorum potissimum præceptorum usus, quæ tradita sunt hucusque de uocibus et categorijs, tum definitionibus & diuisionibus. Hæc tractanda simplicis quæstionis & explicandæ ratio, didascalicum genus à docendo, seu didacticum appellatur, seu dialecticum à differendi compendio Dialecticorum proprio, quo tota rei natura paucis locis inuestigatur. Explicatur autem nouem ferè locis, seu quæstionibus thema simplex. Prima, An sit? ut, Sitne sapiens? fueritne Troia? futura? ne sint terrarum. exu stiones? sitne amicitia? Hoc quæstionis genus, cum rariùs in themate simplici occurrat, si fortè extiterit, iudicatur aut experientia & testimonijs grauium autorum, aut signis & effectis. Sic Deum esse ratio collegit ex mundi pulchritudine, & admirabili contrariorum motuum concordia. Huius loco uim nominis ante omnia, & certam significationem inuestigabimus. Ut de uirtute primum dicturi constituemus, de qua uirtute sit differendum. Plures enim sunt huius uocabuli significationes. Itemq; de amicitia. nam duplex: uera & sincera, & ex amore atque uirtute profecta, quæ est inter bonos: altera ficta, quæ improborum est & uulgi, quod amicitias utilitate probat aut uoluptate. Secunda, Quid sit, est definitionis non solum rei, uerum etiam nominis index. quid sapientia? quid uirtus? quid amicitia? ut, Amicitia (cuius ex

Anal. lib. i. cap. 18. Didacticum seu dialecticum cum explicandi genus.

Tractatio thematum simplicium. Prima quæstio.

||||

E S amore



TABVLAE DIALECT.

Cicero in
Lelio.

- amore nomen ducitur) est omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. Ad hunc locum pertinent & coniugata. Tertia, quæ species & partes? Referuntur huc diuisio & partitio. Amicitiam supra fecimus duplicem, honorum & improborum: sed uera distribui potest in cognationis necessitudinem, & animorum coniunctionem. Quarta, qualis sit? Ad hunc locum referantur differentia, propria uel etiã accidentia: ut, Sitne animus incorporeus, diuinus, æternus, & c. Quinta, quæ causæ? Queritur hic efficiens potissimum causa, & finis. Materia & forma definitione serè comprehenduntur. Amicitia ueræ causa à natura profecta, amor est, quem uirtus & gignit & continet: ficta, spes cõmodi aut uoluptatis. Sexta, qui effectus, uires, officia? Conseruat amicitia societatem humanam, & beneuolentiam alit, secundas res splendidiores facit, & aduersas leuiores, & c. propriumq; ei est monere, & moneri. Septima, quæ cognata, & similia? Amicitiam consequuntur beneuolentia, fauor, candor, integritas, opes amicorum, gaudium, cura de amicis tuendis, comitas, obsequium, honestum, beneficentia, & c. Octaua, quæ pugnantia? Amicitia repugnant inimicitia, maleuolentia, odium amicitia uenenum, assentatio pestis amicitia maxima, simulatio amicitia, ἡγορητικὴ φιλία, negligentia amici, querela, tristitia,
- amici

CORNELII VALERII.

amare tanquam sis aliquando osurus, & cæt. Nona,
 quæ testimonia & exempla? Quanquam hæc omnia
 bus locis utiliter adhibentur: Aristoteles amicitiam
 statuit uirtutem, aut cum uirtute copulatam: Empedo-
 cles dicebat, res omnes, & mundum totum ex amici-
 tia constare. Est enim & rerum inanimatarum quæ-
 dam inter ipsas amicitia. Ennius, Amicus, inquit, cer-
 tus in re incerta cernitur. Pertinent huc paria amico-
 rum: item, amicorum communia sunt omnia. Vbi ami-
 ci, ibi opes: aliaq; plurima, de quibus in Chiliadib. E-
 rasmus. Aristoteles quatuor tantum posuit quæstiones,
 quæ sunt in hoc nostro catalogo præcipuæ: An sit,
 Quid sit, quale sit (hoc est, an illud, taleue sit) Quam-
 obrem sit. Ad quas referuntur et aliæ quæstiones qua-
 tuor: Generis, definitionis, proprii, & accidentis:
 quòd res omnis quæ ad disputandum proponitur, aut
 generis quæstionem habeat, aut definitionis, aut pro-
 prii, aut accidentis. Ut igitur quam breuissimè com-
 plectar: quæstionis propositæ primùm inuestigabi-
 mus genus, differentiam, proprium, accidentia, quæ
 iam ex communium uocum tractatione sunt cognita.
 Deinde definitionum diuisionem (quæ magna ex parte
 sunt explicatæ) causas, effectus, attributa propria,
 contraria, dissimilia, testimonia, & cæt. quæ breuiter
 hic posita, copiosius in Topicis explicabuntur. Ut
 le quoque fuerit circumstantias obseruare, & cons-

Arist. poster.
 Anal. lib. 2.
 cap. 1. & 2.
 Vide Cic. in
 Top. & Part.
 tionibus.

Summa tra-
 ctanda sim-
 plicis quæ-
 stionis.

ianctat

TABVLAE DIALECT.

iunctae questionis partes, ut initio dictum est, ad simplices uoces reuocare, singulasq; diligenter ad hanc methodi normam perpendere. Quae res incredibilem quoq; suppeditabit orationis copiam. Vide praeterea Rodolphum lib. 2. cap. 20. & 21. Praecipendum & illud est, ut eum seruemus in docendo rerum ordinem, quem bonis scriptoribus uidemus esse familiarissimū: ut à summis generibus ad infimas usque formas atque partes per distributionem deducatur dispositio, ueluti à generis uniuersi definitione, ad singularum partium explicationem. ut si ius ciuile in genera digeras, et eorum quasi membra dispertias, tum propriam cuiusque uim definitione explices. Hunc methodicum rerum ordinem Cicero tenet cum locis pluribus, tum uerò tribus illis Officiorum libris. De dispositione artis & consilij traditum est in Rhetoricis: & supra etiā indicatum sub capite extremo, 35.

De dispositione seu ordine in explicando.

Hanc Galenus tertiam facit methodum, & illis duabus quarum supra cap. 1. facta mentio est, adijcit, quae diuisio dici potest.

De partitione orationis.

Tabula tertia elementorum argumentationis.

De enunciatione seu propositione. 36.

Prima tabula uoces & categorias continet, altera simplicium uocum tractationem, id est, definitionem & diuisionem, ipsamq; methodum seu compendiarium explicandi rationem ac uiam. Quare cum in utraq; de simplicibus questionibus satis dictum uideatur, nunc de coniunctorum thematum ratione dicendum est. Themata coniuncta seu copulata, constant ex

inte

Themata coniuncta.

CORNELII VALERII.

intēgra oratione: ut, sit nē uoluptas malum? sit nē bonum paupertas? Hæc tractantur argumētatione, quæ ex enunciationibus efficitur. Enunciatio autem (quæ nunc serè propositio appellatur) est oratio perfecta, qua uerum aut falsum quid esse perspicuè declaratur: à M. Varrone proloquium dicitur, à Cicerone pronunciatum, effatum, enunciatum, & enunciatio, quod ἀξιωμα Græci appellāt. Enunciatiua dialecticorum propria est oratio: sed deprecatiua, imperatiua, interrogatiua, uocatiua, & si quod aliud sermonis genus est, magis Oratorum sunt & Poëtarum. Duplex est enunciationis utilitas. Monemur primùm, ut in omni causa rei summam breuiter comprehendamus. Deinde, ut longas scriptorum argumentationes, detracto ornatu rhetorico, in simplices propositiones redigamus. Tum, ut multa paucis complectamur, & pauca multis explicemus.

Enunciatio seu propositio. Aristot. libro 1. Peri Herm. cap. de oratione. Cic. de Fato.

Aliud] ut admirandi, ob- iurgandi, de- ploradi, &c. Utilitas enū- ciationum.

Enunciatorum diuisio. 37.

Enunciationum species duæ sunt: una categorica, id est, simplex: ut, Cato est sapiens: altera hypothetica, seu copulata, è simplicibus enunciatis constans: ut, Si Cato sapiens est, ægritudine uacat. Categoricæ enunciationis partes, ex quibus componitur, uelut no- men & uerbum (quibus omnis oratio perfecta con- stat) extrema uocat Aristoteles, uulgus terminos: quo- rum priorem appellat subiectum, posteriorem prædi- catum:

Idem li. 1. de interp. ca. de oratione. Categorica enunciatio & eius par- tes.

TABVLAE DIALECT.

Termini. *catum: ut, Sapientia est expetenda. hīc sapientia sub-*
iectum est: expetenda est, praedicatum. Eluisiones ter-
Arist. prior. *rarum fuerunt, exustiones erunt. Vlysses facundus e-*
Anal. lib. 1. *rat. (Nomini adduntur pronomina & participia: re-*
cap. 1. *liquae partes oratiōis grammaticae supplementa sunt*
Subiectum, *tantum, & coniunctiones.) Priorem terminum Graeci*
cui aliquid *ὀνομαζόμενον appellant, quod nostri subiectum*
tribuitur vel *conuerterunt, id est, de quo aliquid dicitur. Alterum*
adimitur. *Graeci κατηγορούμενον, nostri uocant praedicatum,*
Praedicatū id *quod latine attributum, seu dictum appellatur, id est,*
quod vel tri- *quod de alio dicitur. id aut genus, aut species, aut dif-*
buitur, vel *ferentia, aut proprium, aut accidens est. Vtramq; par-*
detrahitur. *tem, si dictum nomen est, coniungit uerbum substan-*
Cum verbū *tiuum; Est, quae tamen coniunctio in uerbis non requi-*
substantiuū *ritur, ut hīc: Deus omnia gubernat. Omnia uincit a-*
duob' nomi- *mor, idem est, quod illud: Amor est omnium uictor: et,*
nibus copu- *Deus est omnium gubernator. Non est autem necesse,*
landi causa *terminum utrumq; simplicem esse, & (ut illi uocant)*
interijcitur, *incomplexum: nec ordine praecedere subiectum, quod*
vnum vulgo *prius tamen intelliigi necesse est: ut, Cicero Latine*
dicit secun- *elegantiae parens, de officijs prudentissime scripsit.*
dū adiacens, *Pium est erudire liberos.*
alterū verō
tertium ad-
iacens.

Arist. prior.
Anal. lib. 2.
cap. 2.
Prima diui-
sio.

Vera.
Arist. prior.
Anal. l. 1. c. 2.

Enunciati categorici diuisiones tres. 38.
Diuiduntur enunciata categorica, seu simplicia,
primū in uera & falsa. Vera sunt rei consentanea,
eaq; uel necessaria, uel fortuita seu contingentia. Ne-
cessa

CORNELII VALERII.

necessaria certa sunt, & uel natura uel inuestigatione
 experientium uirorum nota. Necessario coherent,
 quæ supra diximus naturali attributione coniungi,
 species, genus, differentia, proprium, & ex his defini-
 tio, cause, et effecta propria: ut Bucephalus est equus.
 Virtus est animi habitus rationi consentaneus. Ho-
 mo est capax disciplinæ. Religio est Dei cultus, &c.
 Fortuita sunt, quæ fieri solent, & usuueniunt, suntq;
 credibilia, ueluti cum accidentia communia rei tribu-
 untur: ut, Pecunia bonum est, Voluptas malum, &c. Fal-
 sa dissentientia sunt & aliena à ueritate, quæ uel na-
 tura, uel doctrina experientium improbantur: ut sunt
 ea quoq; quæ Græcè ἀδύνατα dicuntur, uulgò impos-
 sibilia: ut, Animus est mortalis, Homo bestia est, La-
 pis sentit. Secunda diuisione distribuuntur enuncia-
 tiones in aientes & negantes, quas uocant affirmati-
 uas & negatiuas. Aientes sunt, quibus qui-
 dam aliquid inesse dicitur: ut, Paupertas bonum est. Negantes
 sunt, quibus aliquid inesse negatur: ut, Paupertas non
 est bonum. Negantes intellige, cum negatio attributo
 additur. Neq; enim hæc negans est: Hi quibus non est
 quod agant, aliena curare solent: id est, ociosi plerum-
 que ea curant, quæ nihil ad se pertinent. Tertia diui-
 sione tribuuntur enunciationes in generales, speciales,
 indefinitas, & singulares. Generales sunt, quæ de re-
 bus uniuersis dicunt (uniuersales ferè nominant) quæ
 sunt

Necessaria,
 vide supra
 sub cap. 31.
 sub duplici
 predicatone.

Fortuita seu
 cōtingentia.
 Arist. prior.
 Anal. lib. 1.
 cap. 12.

Falsa.

Secunda di-
 uisio.

Arist. prior.
 Anal. lib. 1.
 cap. 2.

Aientes.

Idem li. 1. de
 Interp. cap.

de oratione.

Et post. Ana-
 lib. 1. cap. 2.

Negantes.

Tertia diui-
 fio.

Arist. prior.

Anal. li. 1. c. 1.

Generales.

TABVLAE DIALECT.

- Sunt animo uel uerae, uel falsae: quarum subiecto signum generale additur, omnis, cunctus, uniuersus, quisq; & cetera. Nemo, nullus, & similia: ut, Omnes homines discendi studio tenentur. In uia uirtuti nulla est uia. Speciales seu ex parte dicentes, quae significant aliquid quaedam ex parte uel uerum, uel falsum. Nota specialium sunt, quidam, aliquis, nonnullus, multi, pauci, & cetera. Ut, Aliqui nimia gloriae cupiditate trahuntur. Nonnulli gloria non ducuntur. Indefinitae seu incertae sunt, quibus οὐρανὸν ἔχουσα seu ad significantia sunt detracta (ea signa uocant & consignificatiua: ut omnis, nullus, aliquis, quidam, etc. quae terminis adduntur, ipsa termini non sunt, nisi genere neutro accipiantur: ut, Amicorum communia sunt omnia. aut nisi facile substantiuum subaudiatur, ueluti in his, nemo, nullus, quisquis, quicumq;: ut, Vitijs sine nemo nascitur) ut, Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum. Fortitudo uirtus est. Homo homini praestat. Cretenses sunt mendaces. Indefinitae eae maximae, quae de rebus dicunt necessarijs, idem quod generale pronunciatum ualent: quae de contingentibus speciale: quanquam in speciali significanda ferè signum addi solet. Singulares, quae de rebus singulis enunciant, quas indiuiduas etiam nominare licet: ut, Croesus est diues. Ouid. Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Indiuidua enunciatio à Rhetoribus hypothesis appellatur: reliquae thesi continentur.

CORNELII VALERII.

invenitur. Primam illam divisionem, qua tribuitur enun-
 ciatio in categoricam et hypotheticam, Dialectici no-
 stri secundum substantiam fieri dicunt: secundam enun-
 ciationum simplicium divisionem, quae aientes & ne-
 gantes complectitur, qualitatem propositionum uo-
 cant, quae convenit etiam in hypotheticas: tertiã, qua
 generales & speciales cum ceteris comprehendun-
 tur, quantitatem nominant. Has tribus interrogandi
 notis distinguunt: quae, qualis, quanta? Quae substans-
 tiam, qualis affirmationem & negationem, quanta ge-
 neralitatem & specialitatem notat.

De modificatis enunciationibus, quas mo-
 dales appellarunt.

De triplici pronunciatorum materia.

De necessario & contingenti. 39.

Fecerunt & aliam categorici pronunciatum distri-
 butionem, qua id secuerunt in propositionem de ines-
 se (sic isti loquuntur) & in modalem. Licebit appella-
 re puram seu absolutam, & modificatã seu modo quo
 dam enunciatam. Pura est: ut, Homo est animal. Mo-
 dalis: ut, Hominem esse animal necesse est. hic attributi
 locum modus tenet, nempe necesse est: reliqua subie-
 cti, quod appellant dictum. Modi numerantur quatuor
 precipui: possibile, contingens, impossibile, necessari-
 um seu necesse: quibus triplex indicatur ab illis enun-
 ciationum materia, naturalis, remota, & contingens.
 Necesse naturalẽ notat materiam, ac verum certumq;

Enunciatio-
 num subitan-
 tia, qualitas,
 quantitas.

Arist. lib. i.
 de interpr.
 cap. de enun-
 ciationibus
 modorum.
 Enunciatio
 pura.
 Modalis.

Triples enun-
 ciationum
 materia, quã
 indicat mo-
 dus.

F pro

TABVLAE DIALECT.

Arist. de modal. consequent. quæ oia, vt Viues ait lib. 3. de causis corr. artiũ, tanta subtilitate dissecat, vt laboriosius sit instrumentum intelligere quam vsum.

Quid de necessario & contingenti sentiendum videatur.

Athanasius in passionẽ & crucẽ domini. Euseb. de ppar. euãgel. li. 6. c. 9. Origen. ait: Nõ propter ea aliquid erit, quia id scit

pronunciatum: impossibile remotam ac repugnantem falsamq; enunciationem: reliqui contingentem, id est, rem, quæ fieri potest, & usuuenire solet. Duplicem quoq; fecerunt modalem: compositam, & diuisam. ut composita sit, Equum currere possibile est: diuisa uerò, Equum possibile est currere. Voluntq; hanc interdum uideri ueram, cum sit illa falsa: ac ueram quidem esse hanc, hominem album possibile est esse nigrum. falsam uerò, Hominem albũ esse nigrum possibile est. Ex his proloquijs syllogismos construunt, qui si rectè sobrieq; tractantur, nonnullam fortassis utilitatem attulerint. Modalium etiam æquipollentias, oppositiones, conuersiones, ineleganti orationis genere tradunt: quæ magna sæpè temporis iactura studiosos ad ulteriora properantes detinent. Agitantur hoc loco sententiæ diuersæ de necessario & contingenti, de quibus quid sentiendum uideatur, ostendam breuissimè. Non euenire omnia fatali necessitate (id quod falso dixerunt Stoici) delectumq; esse aliquem ac libertatem, certum est. Non enim, si quid eorum euentuum, qui ab humana uoluntate, et non diuina oriuntur, Deus præuidit, idcirco id euenire necesse est: cum si quid est mali, id nec uelit, nec probet Deus, omnis boni fons & autor. Sed quæ ex diuina uoluntate sacris prodita literis pendent, ea certa sunt: ut est resurrectio mortuorum futura. Certa etiam sunt ea serè, quæ naturæ instituta

CORNELII VALERII.

stituto contingunt: ut est solis ortus & occasus in or-
be nostro quotidianus, temporum uices, astrorum cur-
sus, &c. Et tamen facile est omnia posse Deo, cum sit
omnipotens, etiam sistere solem. Præterita quoque &
præsentia necessario uera aut falsa esse, nulli dubium
est. Sed res fortuitæ, & quæ sunt in nostra potestate,
in alterutram partem cadere possunt, nec certè desi-
nite quæ ueræ sunt: ut, Paris Helenam rapiet.

De repugnantia pronuntiatorum, quam op-
positionem nominant. 40.

Enunciationum bimarum tres sunt inter se affectio-
nes seu accidentia, quæ uulgò nominibus usitatis ap-
pellantur oppositio, equipollentia, & conuersio. Op-
positio est duarum enunciationum categoricarum, qui-
bus idem est subiectum & prædicatum, repugnantia.
Opposita Cicero contraria nominat. Contrariarum
autem enunciationum formæ numerantur quatuor,
quæ uulgò uocantur contrariæ, subcontrariæ, contra-
dictoriæ, & subalternæ. Contrariæ Latine dicuntur
aduersæ, duæ generales, aiens & negans: ut, Omnis
bestia rationis expers est: & Nulla bestia rationis est
expers. Aduersarum ea est natura, ut ambæ ueræ nun-
quam, falsæ uerò interdum esse possint eæ, quæ sunt ex
contingenti: ut, Omnis uoluptas est bonum: &, Nul-
la uoluptas est bonum. Subcontrariæ, quæ subijcun-
tur aduersis, sunt duæ speciales, aiens & negans: quas

De^o futurū,
sed quia fu-
turū est, ideo
a Deo dicitur,
anteq̄ futu-
rum est.

Arist. li. i. de
interp. ca. de
futuris con-
tingentibus.
Sed alia rerū
est repugnā-
tia, de qua di-
cet in locis.

Oppositio.
Idē lib. i. de
interp. ca. de
oratione.

Arist. prior.
Anal. l. 2. c. 15
Aduersæ.

Idē de inter-
pret. cap. de
subiectis &
prædicatis
enūciatorū.
Lex in aduer-
santib. obser-
uanda.

Idem de in-
terp. cap. de
enunciatio-
nibus infi-
nitis.

TABVLAE DIALECT.

Subcontra- an contrarias esse crederem, sæpè dubitavi: ut, Aliqua
riæ nō viden- uoluptas bona est: & Voluptas aliqua non est bona.
tur opposi-
ta, q̄ Aristō. Aliqui docti sunt: & Aliqui non sunt docti. Hæ falsæ
dicat opposi- nunquam pariter esse dicuntur, sed ueræ quandoque
tionem esse posse in contingentibus. Quam legem quidam ut falsam
affirmationē sam reprehenderunt, & ita restituendam putauerunt,
& negationē ut subcontrariorum alterum uerum sit, alterū falsum:
eiusdem de nec possit in fortuitis utrunq; esse uerum, nisi ea sint
eodem, & ambo diuersa, quæ iam non erunt opposita. Contradi-
non homo-
nymos.
Regula con- Et oria, Latine disparata, quæ pugnant acerrimè, nec
tradicientiū. unquam simul aut ueræ esse possunt, aut falsæ: ut, Om-
 nis uoluptas est expetenda: Et, Aliqua uoluptas nō est
 expetenda. Itemq; Nulla uoluptas est expetenda: Et,
 Aliqua uoluptas est expetenda. Eadē est & repugnan-
 tiæ singularum, siue indiuiuarum ratio: ut, Cicero
 philosophus est, & Cicero non est philosophus. Et
 indefinitarum, quæ ex rebus necessarijs constant: ut,
 Patientia est fortitudo: Patientia non est fortitudo.


Subalternæ. Quartum genus repugnantium addiderunt isti, quas
 subalternas appellant, quæ sunt enunciationes gene-
 ralis & specialis aiens, itemq; generalis & specialis
 negans, ac sola quantitate distantes: ut, Omnis uolup-
 tas est bonum: & Aliqua uoluptas bonum. Item. Nul-
 la uoluptas bonum: & Aliqua uoluptas non est bon-
 num. Quæ cum non dissentiant (quòd nulla sint inter
 has negantia) prætermitti possunt.

Sequitur

CORNELII VALERII.

Sequitur tabella repugnantium.

Omnes homines gloria ducuntur.	Contrariæ Aduersæ.	Nulli homines gloria ducuntur.
-----------------------------------	-----------------------	-----------------------------------



Aliqui hoies gloria ducunt	Subcontrariæ Subiectæ aduersis.	Aliqui hoies gloria nō du- cuntur.
-------------------------------	------------------------------------	--

Cauendum est in hac tota enunciationum discor- **Cautiones**
 dia, ne qua lateat ἀμφιβολία ἢ πολυσημία uocum: **1.**
 diligenterq; uidendum est, an ijdem in repugnantibus
 termini eodem modo significant, et de eodem loco, eo-
 dem tempore intelligantur: non enim hæc pugnant:
 Crassus diues est, Crassus non est diues: si illic ciuilem
 intelligas opulentiam, hic philosophicā. Sic idem liber
 & seruus erit: & Aethiops albus (dentibus) & niger
 (manibus.) Decem homines multi et pauci: multi in fa-
 milia, pauci in ciuitate. Deinde, an in utroq; pronun-
 ciato terminus idem subiectus sit, & idem attributus:
 an alterum aiat, alterum neget. Nullum enim est hic

F § distia

TABVLAE DIALECT.

Vtilitas re-
pugnantiae.
Cic. in Aca-
demicis.

disidium: Virgilius optimus est poëta, Cicero non est
optimus poëta. Vtilis hæc oppositorum cognitio est,
& necessaria: quæ docet pugnantia uidere, & quod
dialecticæ proprium est, uerum à falso discernere.

De æquipollentia. 41.

Vide Erasmi.
lib. 1. cōmen-
tar. de copia
ca. 48. 49. &
50. 51.

Æquipollentia (oppositiōni contraria) quam ἰσο-
δυναμία. Græcè rectius appellaueris, est pronun-
ciatorum eiusdem subiecti & prædicati recōciliatio.

Notæ idem
declarantes.

De qua hoc tantum præcipiendum uidetur, ut probata
Latini sermonis consuetudo in uariandis per ἰσο-
δυναμίαν enunciationibus retineatur, & aurium sub
inde iudicium consulatur. Pro æquipollentibus enun-
ciationibus Latine dicemus, pronuntiata idem declar-
rantia, idem efficiencia, reconciliata. Signa autem ἰσο-
δυναμίας, seu notæ idem declarantes, hæc sunt: om-
nis & nullus non: nemo non, quis non? Non omnis, et
aliquis non: nonnullus, et aliquis, quidam. Haud ullus,
siue haud quisquam, & nullus, &c. ut, Nullus non in-
gratos odit, idem est, quod omnes oderunt, &c.

De conuersione enunciationum. 42.

Arist. prior.
Anal. lib. 1.
cap. 2. & 3.

Simplex con-
uersio.

Conuersio est terminorum in pronuntiatis reci-
procatio seu commutatio, qua subiectus & attribu-
tus, alter in alterius locum migrat. Eius duo genera
sunt: unum, quod à Dialecticis appellatur simplex seu
per se: alterum quod per accidens. Simplex est mu-
tua pronuntiatorū inter se commutatio, cum seruata

enunciatio

CORNELII VALERII.

enunciationum tum qualitate tum quantitate, commu-
tantur termini. Hoc modo binæ recipiuntur gene-
rales negantes inter se, & speciales aientes inter se:
ut, Si nulla iustitia uitium est, certè nullum uitium
iustitia. Quædam fortitudo uirtus est, & quædam uir-
tus est fortitudo. Interdum tamen hoc modo & ge-
nerales aientes inter se commutantur, eæ præsertim,
quarum termini pares sunt, & inter se recipiuntur:
ut, Omnes iusti suum cuique tribuunt: & quicum-
que suum cuique tribuunt, iusti sunt. Aliàs uitiosum
erit: ut si conuertas, omnis homo est animal, in hanc,
omne animal est homo. Alter conuertendi modus per
accidens est, quo signa mutantur, & ex generalibus
specialia colliguntur. Nam ea reciprocatio fit ex enun-
ciatione generali aiente in specialem aientem: & ex
generali negante in specialem negantem: ut, Si omnis
patientia fortitudo est, profectò quædam fortitudo
patientia est. Nemo malus fœlix: fœlix igitur sapi-
ens quispiam cum sit, malus esse nequit. Siquidem à
conuersione firma petuntur argumenta. Hanc com-
mutationis uarietatem breuissimè uersiculus ille uul-
gò tritus cõplectitur: Ecce, tibi, simplex uertit: facit,
edo, per acci, id est, per accidens. In quo uocales qua-
tuor notandæ sunt: a, e, i, o. quorum A, pronunciatum
significat asserens generaliter: E, negans generaliter:
I, ex parte dicens: O, ex parte negans. Sensus

Conuersio
per accidēs.
Arist. prior.
Anal. lib. I.
cap. 9.

Firma ex cõ-
uersione du-
cuntur argu-
menta.

F 4 uersio

TABVLAE DIALECT.

Vfus conuer-
fionis.

De infinitis,
Arist. lib. 2.
de Interpr.
ca. de enun-
ciationibus
infinitis.
Tertia con-
uerfionis for-
ma per con-
trapofit.
Arist. lib. 2.
Top. cap. 3.
Similibus]
quam enim
habet ratio-
nem homo
ad animal,
eandem habet
id quod non
est animal,
ad id quod non
est homo.

uerficuli est: Simplex conuerfio mutat e in e, itemque i
in i. Sed quae est per accidens, conuertit a in i, et e in o.
Spectatur huius communiōis ufus in argumentando,
et probandi ratione per contradictionem: ut et in hoc
reciprocationis genere per contrarium, quod isti uo-
cant conuerfionem per contrapofitionem, in qua ter-
mini sunt oppofiti et contradicentes. terminos enim
finitos in infinitos mutant, qui non sunt Latinis in ufus,
sed Latine tamen res exprimi potest. Vocantur infi-
niti, quod non quid fit, definiunt, sed cum hoc non fit,
praeter hoc aliud esse tantummodo ostendunt: ut ho-
mo, non homo: corpus, non corpus. Atque haec tertia
conuerfionis forma est, a recentioribus adiecta, qua
generalis aens in generalem aientem infinitam conuer-
titur, et specialis negans in specialem negantem infi-
nitam, feruata eadem et qualitate et quantitate: ut,
Omnis homo est animal: quod igitur non est animal,
id homo non est. argumento a similibus ducto. Item,
Omnis uoluptas est expetenda: quod igitur non expe-
titur, non est uoluptas. Id isti ita enunciarēt: Omne non
expetendum, est non uoluptas. Sic effantur et alia: Si
quaedam uirtus non est iustitia, quiddam non iustitia
non est non uirtus. Portentosa dicendi forma.

De enunciatione hypothetica. 43.

Hypothetica seu copulata enunciatio est, quae ex
simplicibus constat, cuius tres sunt formae: connexa,
coniuncta.

CORNELII VALERII.

coniuncta seu copulata, & disiuncta, quæ uulgò uocantur conditionalis, copulatiua, & disiunctiua: quarum alia dicitur aiens, alia negans: alia uera, alia falsa. Partes hypotheticæ duæ sunt: antecedens, quod subiecti loco est, cui aliquid annexum est: & consequens, quod est attributi uice ipsum annexum. Connexa dicitur, cuius initio, Si, coniunctio præfigitur. Boëtius conditionalem uocat, quòd ea ex consecutione & adiuncta conditione uerum aut falsum quid esse declaret: ut, Si doctus est, literis studuit. Si sol ortus est, dies est. Si homo est, animal est. Quæ uera censetur, cum partes mutua connexionione ita coherent, ut ex priori sequi posterius sit necesse. Dictum est autem supra, de inferioribus superiora dici: hic addendum est, inferiora superiorum esse antecedentia. Sunt et aliæ particule, quæ uidentur eandem, quam, Si, coniunctio, uim habere: ueluti, ut, quatenus, quia, donec, quando, cum, ubi. Donec eris fœlix, multos numerabis amicos, etc. Coniuncta seu copulata, cuius partes cõnectuntur coniunctione copulatiua geminata, hoc modo: Socrates & sapiens est, & aegritudine uacat. Vera hæc dicitur, si pars utraq; uera est: falsa uerò, si altera. Disiuncta est, cuius partes coniunctionibus disiunctiuis cõnectuntur: ut, Aut mobilis est terra, aut immobilis. Disiunctiones membrorum repugnantibus ijs, quæ medium nihil recipiunt, constant: quorum plus uno uerum esse non

Negans conditionalis est, cuius cõiunctio negatur: ut, Non, si sapiens est, miser est. Connexa. Boëtius lib. 1. de hypoth. syllogismo. Connexæ ueritas est. Cap. 13.

Coniuncta.

Coniunctæ ueritas.

Disiuncta, & huius natura.

F S potest.



TABVLAE DIALECT.

Vide Gelliū
lib. 17. cap. 8.

Hypotheti-
carum ne-
gantia.

Generalis q̄-
dam, de om-
nibus enun-
ciationibus
rectē iudicā-
di ratio.

Iudicandi ra-
tio versat̄ in
argumenta-
tione, seu re-
cta argumen-
torum dispo-
sitione.

Quintil. li. 5.
ca. 10. Cic. in
partit. Argu-
menti [in] q̄t̄
explicatio
cōficitur, cū
sumpseris
aut non du-
bia, aut pro-

potest. Disiuncta uera est, cuius altera tantū pars
uera est: at ea falsa, cuius utraque pars uel uera est,
uel falsa. ut hæc uera est: Aut liber est, aut seruus. falsa
hæc: Andromache aut alba est, aut nigra. Neutrum
enim illa est, cū sit fusca.

Ex hypotheticis affirmantibus negantes efficien-
tur, si totius propositionis initio proponatur nega-
tio: ut, Non si animal est, homo est. Non & prodigus
est, & liberalis. Non aut albus est, aut niger. Sed non
admodum difficile fuerit enunciationum omnium ue-
ritatem & falsitatem deprehendere, si uis atque natu-
ra locorum cognoscatur. Quum enim, ut in locis tra-
ditum est, genus speciem sequatur, non è contrario,
effectus causam, definitio id quod definitur, species
propriū, & utrunq; item contrā, adiunctum id cui
adiungitur, hæc atque alia, quæ tabula sequenti con-
tinentur, qui diligēter perceperit, is perfacile de quor-
cunq; pronunciato iudicabit.

Tabula quarta, de inuentione argumen-
torum, seu de Locis.

Quid argumentum, quid locus. 44.

H Actenus elementariam dialecticæ partem ex-
plicuimus, à minutissimis partibus ad maiores
progressi, à uocum gradibus & categorijs ad defini-
tiones & diuisiones, ipsamq; methodum: atque hinc
ad enunciationes, quæ syllogisticæ parti sunt destina-
te.



CORNELII VALERII.

tae. Porro autem ex enunciationibus conficitur argumentatio, quae est argumenti explicatio. Tertium hoc, & proprium est Dialectices munus, quod docet aliud per aliud tanquam certius colligere. In quo potissimum iudicandi ratio uersatur. Et quoniam omnis probatio ac fides rei dubiae per argumenta efficitur, de his prius dicendum uidetur. Argumentum igitur est ratio probationem praestans, qua colligitur aliquid per aliud: & quae, quod est dubium, aut minus probabile, per id quod dubium non est, aut certe magis probabile confirmat. Probari enim quaestio per se ipsa non potest, sed per aliud aliquod tertium, quod utranque thematis partem uel affirmando sibi coniungat, uel negando alteram a se disiungat: Argumentum Dialectici medium nominant, & tertium syllogismi terminum, qui ad utranque thematis partem iusta dimensione accommodatus, fidem rei propositae facit. Trahuntur autem argumenta ex locis, qui sunt quasi sedes & domicilia argumentorum, in quibus latent. Locum Rodolphus Agricola definit communem quandam rei notam, cuius admonitu quid in quaque re probabile sit, potest inueniri. Et Cicero argumentum, probabile inuentum ad faciendam fidem. Oblatum sit thema seu quaestio, Sitne auarus diuitijs affluens, pauper? Pauperem probaturus, hanc adde causam: Semper auarus eget, iure cesus est Clodius. Ratio

babilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium aut minus probabile videtur. Medium causa est, cur attributum quaestioni subiecto uel tribuatur, uel detrahatur. De medij inuentione regulas aliquot Arist. tradit lib. i. prior. Anal. ca. 29. sed obscuras atque difficiles. Argumentum est probabile inuentum ad explicandum quaestionem idoneum. Probabile uocatur, quicquid consentaneum de re proposita dici potest. Offert, non inuenit quaestio.

tio,

TABVLAE DIALECT.


Cur inuen-
tio postero-
ri loco ali-
quando tra-
dita sit.

tio: Quoniam insidiator erat. Comparata est syllogismi materia, quam deinde ad praescriptos infra concludendi modos ita dispones: Quisquis eget, pauper est; Avarus autem eget; Avarus igitur pauper est. Frustrâ autem quæsiuit argumentum, qui rectè quæsitis uti nesciat: quam obrem inueniendi artem, qua loci explicantur, ex quibus argumenta ducuntur, naturæ ordine certè priorem, in tabulam sequentem aliquando coniiciendam putauimus, utiliùs antecessuram quàm insecuturam arbitantes argumenti nondum etiam satis cogniti explicandi tractandiq; rationem: sine qua quæsisse argumentum non magis profuturum disferenti uidetur, quàm lapides & ligna tractandi imperito, artisq; fabrilis rudi. Nunc autem naturam sequi maluimus. Cum enim argumentum quæritur argumentationis causa, cognoscendum priùs illud est, sine quo nulla esse possit argumentatio.

Tabella

CORNELII VALERII.

Tabella Locorum.



De locis personarum. 45.

Personarum

TABVLAE DIALECT.

- Personarum loci dicuntur, qui sunt attributi personis, ut genus, natio, sexus, aetas, &c. quae personam sequuntur. Ea tamen si referrī possunt ad locū adiunctorum, tamen hic tractabuntur commodius. A genere seu natalibus. Horat. Fortes creantur fortibus. Dialecticè, fortis est, quoniam fortibus creatus. Mali corui mali ouum. Improbus est, quoniam improbis natus parentibus. A natione. Horat. Bœotum crasso iurares aere natum. Stupidus est, quoniam Bœotus. Perfidus, quoniam Poenus. Mendax, quoniam Cretensis. Eodem & patria pertinet. A sexu. Cic. Quod mulier sine tutore autore promisit, non debetur. Vel hoc modo: Non debetur, quoniam mulier promisit. Virg. Varium & mutabile semper foemina. Ab aetate: Ignoscendum, quoniam puer est. Terent. Amauit, dum aetas tulit. Consilio ualere hunc credibile est, uel attentū esse ad rem, quoniam senex est. Ab educatione & institutione: Prauus est, quoniam malè educatus, & ab incunte aetate mala didicit, malis operam dedit magistris & ineptis. Ab habitu corporis. Martial. Crime ruber, niger ore, breuis pede, lumine laesus, Rem magnā praestas Zoile, si bonus es. Breuius: Malus est Zoilus, quoniam crime ruber, etc. Ab animi affectione, indole, moribus. Terent. Nā quod est consimilis moribus, conuincet facile ex te natum. Liuius: Allēne qui temulento agmine comessabundus incedit, par esset Romanis? Cū sceleratissimus
- hic

CORNELII VALERII.

hic semper fuerit, quid mirum si creditum abiuravit? Animi bona & vitia.
 Huc animi bona referuntur, & vitia. A conditione & fortuna: Causas orare Getæ non licet, quoniam seruus est. Virgil. Exulibusne datur ducenda Lauinia coniunx? Huic quoniam plusculum accessit pecuniæ, sublatis sunt animi. Pauper ubiq; iacet. A victu: Lasciuus est, quoniam luxuria diffuit. A studijs: Non est uoluptuarius, quoniam literarum studiosus. A rebus gestis: Mandandum est Pompeio bellum Mithridaticum, quoniam multa bella foelicissimè confecit. A nomine. Hinc interdum ioci & scommata, atq; suspiciones etiam petuntur: ut, Verres est, quoniam uerit omnia. Malè Innocentius dictus est, quòd nihil sit eo nocentius. Non rectè Probus, cum sit improbissimus. Cicero: Lysidicum ipsum in Græco uerbo, qui omnia iudicia dissoluit. A morte, & ab ijs quæ mortem sunt consecuta. Cicero de Scipione: Quàm charus, inquit, ciuitati fuerit, meerore funeris indicatum est. Atq; hæc quidem et alia fortasse nonnulla personis sunt attributa, quibus rerum quoq; attributiones, quæ uulgò circumstantiæ dicuntur, addendæ sunt: quarum pleræque suis locis explicabuntur. Sex autem numerantur circumstantiæ: Persona, res, causa, tempus, locus, & modus (ad quem facultas & instrumenta referantur) de quibus ita quæritur: Quis, quid, quamobrè, quando, ubi, quomodo? Quis? ut sapiens, Græcus, fortis, ignauus, frugi.

Animi bona & vitia.
 A conditione & fortuna.

A victu.
 A studijs.
 A rebus gestis.

A nomine.

A morte.
 In Lælio.

Circumstantiæ seu attributiones sex.

TABVLAE DIALECT.

Personæ attributa sunt animi, corporis, & fortunæ bona, vel mala: locus verò, tempus, causa & modus rei, sunt proprie circumstantiæ.

gi, luxuriosus, tenax, prodigus, nobilis, diues, pauper, seruus, liber, procerus, ualidus, eruditus, equorum studiosus, medicus, & cætera personis attributa. Quid, uel quale, uel quantum? ut furtum, sacrilegium, honestum, turpe, utile, nouum, & c. Quamobrem? odio, ira, spe lucri, & c. Quando? die, noctu, & cæt. Vbi? in templo, in sylua, & c. Quomodo, palàm, gladio, dolo, ueneno, laqueo, incantationibus, internuncijs, & c. Quæ cum diligentius omnia à Rhetoribus, quorû hæc propria est explicatio, referatur: nobis hic ea tantum indicanda uidebantur. De quibus copiosè Quintilianus lib. 5. & Trapezuntius lib. 3. Rhetoric.

De locis rerum insitis & assumptis, seu artificialibus & inartificialibus. 46.

Cicero in Orat. Loci rerum artificiales.

Inartificiales.

Rerum loci diuiduntur in insitos & assumptos, seu in artificiosos & artis expertes, quos uocant artificiales & inartificiales. Artificiales sunt, quibus ea cõtinentur argumenta, quæ ex sua ui atq; natura, aut ad probandum, aut ad refellendum sumuntur: trahunturq; modò ab attributo, aliàs à subiecto questionis termino, interdum ab utroq;. Inartificiales, qui foris assumuntur, nec à questione trahuntur, quos ob id Cicero ἀτέχως appellat, argumenta tum remota, tum assumpta, quæ sine arte putantur, et extra causam ad fidem faciendam assumuntur. Artificialium locorum alij uulgò dicuntur interni, qui sunt infixi: alij mediij, qui

CORNELII VALERII.

qui propius quàm externi adherent: alij externi, qui remotiori cognatione rem attingunt.

De locis internis, ac primùm de argumentis ex definitione & definito, ex etymologia & nomine rei. 47.

Loci interni dicuntur, ex quibus ea ducuntur argumenta, quæ ex sua uè sumuntur, & rei probandæ substantiæ infixæ sunt, & quæ interiore quadam, ac naturali cognatione cum re proposita coniuncta sunt ac deuinctæ: ut definitio, etymologia, differentia, proprium, coniugata, genus, species, totum, partes. A de. Definitio. finitione ad rem definitam, & uicissim ab eo quod de. Arist. 2. Top. finitur ad definitionem, argumenta aientia & negantia ducuntur: eaq; nunc ab attributo, nunc à subiecto sumpta, hoc modo: Dialectica est ars de quaq; re proposita probabiliter & in utranq; partem differendi: Dialectica. Eius autem artis utilis est cognitio: Vtilis ergo Dialecticæ scientia. Si per se uirtus expetitur, profectò bonum est. Idemq; retrò: Si bonum, certè per se expetitur. Mors non est metuenda, quoniam tantum corporis & animi dissolutio est. Pygmæi sunt homines, quoniam ratiois compotes: cuius si expertes fuerint, homines non sunt. Tyrannicida est, quoniam tyrannidè ciuitatem liberauit. Lapis hic magnes est, quoniam ferrum ad se allicit ac trahit. Huius loci generale axioma seu canon est (quam uulgò Maximam appellant, nobis locus communis dicetur, ex quo uis omnis loco-

Maxima siue locus cõmunis dicitur,

G loco-

TABVLAE DIALECT.

quod his lo-
cis artes om-
nes vtantur. locorum est.) Cui tribuitur uel adimitur definitio, ei-
dem tribuitur uel adimitur id quod definitur: itemq;
cui definitum tribuitur uel detrahitur, etiã definitio.

Virium defi-
nitionis. Reprehenditur definitio, si aut uera differentia, aut
uerum proprium, aut uerum esse genus negetur. Simi-
li forma ducitur argumentum à descriptione dialecti-
ca (Nam liberior est illa Poëtarum & Oratorum de-
scriptio.) Asinus est, quoniam animal auritum, solidis
pedibus, & foecundum. Et, Non est asinus, quoniam
non est animal auritum, & cæt. Simia non est homo,
quoniam non habet erectum ad sydera uultum. Et, Si-
mia non habet erectum ad sydera uultũ, quippe quæ
non sit homo. Ab etymologia seu interpretatione uo-
cabuli. Hanc Cicero notationem uocat, cum ex ui uer-
bi argumentum aliquod elicitur: ut si diuitem Cras-
sum locupletem dicas, quod locis abundet: assiduum
quoque diuitem, quod asses dare possit. Ab interpreta-
tione ad nomen rei, itemq; à nomine ad interpretatio-
nẽ argumenta sumuntur aientia & negantia, si utrun-
que inter se reciprocetur: ut, si philosophus est, pro-
fecto sapientiæ studiosus est: si non est sapientiæ stu-
diosus, nec philosophus est. (Cognitam ac labore par-
tam intellige sapientiam, ne rudis & iners, qui nõ est
philosophus, dicatur sapientiæ studiosus.) Locus com-
munis idem hic est, qui definitionis: tantum definitio-
nis uerbo in etymologia nomen mutato. Eorum quæ
non

Ab interpre-
tatione.

Arist. Top.
lib. 2. cap. 21.

Huc pertinet
translatio,
quã trãssum-
ptionem vo-
cant: ut, dia-
bolus est fu-
giendº, quo-
niam leo ru-
giens. Iesus

CORNELII VALERII.

non recipiuntur, alia ratio est. Nam ab interpretā-
 tione ducuntur argumenta negantia: ut, Nō fit de meo
 tuum, non est igitur mutuum. A nomine rei affirman-
 tia: ut, Mutuum est, igitur de meo tuum. A nomine per-
 sone tributo qualia ducantur argumenta, supra sub
 capite de locis personarum dictum est. A definitionis
 loco separari non debet ille, qui a differentia & pro-
 prio ducitur. Nam & ab his argumenta sumuntur
 aientia & negantia, atque retrō etiam uicissim com-
 meantia. eodemq; hoc canone probantur: Cui conue-
 nit uel non conuenit differentia & proprium, ei con-
 ueniet uel non conueniet species.

De Coniugatis. 48.

Coniugata dicuntur (ait Cicero) quæ sunt ex uer-
 bis generis eiusdem. Eiusdem autem generis uerba
 sunt, quæ orta ab uno uariè commutantur: ut, Sapien-
 tia, sapiens, sapienter: iustitia, iustus, iustè, Sapienter,
 iustè, prudenter, & cætera aduerbia, quæ casus appel-
 lat Aristoteles, coniugatorum nomine etiam Cicero
 complectitur. Ex hoc loco argumenta sumuntur &
 aientia, & negantia: ut, Si mori non est miserum, non
 est misera mors. Si in ciuitatem ascriptus est, ciuis
 est. Si compascuus est ager, ius est compascere. Si pru-
 denter agit, prudens est: si iustè, iustus. Si iustus est (ha-
 bitum & perfectionem intellige) iustè faciat oportet.
 Locus communis: Tributo uel remoto coniugatorum

Christus do-
 minus noster
 agn^o dicitur,
 uictimam igi-
 tur eum fore
 significatum
 est.

A nomine.
 A differenti
 & proprio,
 ad speciem
 cōstitutam.

Arist. Top.
 lib. 2. cap. 3.
 Coniugata
 Cic. etia con-
 iūcta uocat,
 li. 2. de Orat.
 & alijs locis.
 Quintil. ca-
 sū, li. 5. ca. 10.
 Sed coniuga-
 torū nomine
 Cicero casus
 etiā comple-
 ctitur, Arist.
 separat.
 Si liberalita-
 te utitur, li-
 beralis est,

TABVLAE DIALECT.

si iustè facit, uno, tribuitur uel remouetur alterum. Sed argumenta
iust^o est: hæc negantia necessaria sunt: ut, Non facit iustè, nec iustus
nisi ex habi- igitur est. Affirmantia ita demum necessaria sunt, si
tu faciat, fri- quis cōstanter perpetuoq; iustè faciat. Affinis hic cau-
gidum sane sarum loco uidetur: et certè coniugatorum ueritas ex
argumentū causis pendet, atq; ob id falsò concludatur, malam es-
erit. Sed ar- se philosophiam, quòd mali sint philosophi: malum uia-
gumenta ne se philosophiam, quòd mali sint philosophi: malum uia-
gantia neces- num, quòd mali sint uimolenti.

vt, Non facit
iustè, non est
igitur iustus.
Ratio dissol-
uendi argu-
menti ex cō-
iugatis.

De Genere. 49.

Genus hic aliquantò latiùs accipitur, ut sit id om-
ne, quod de pluribus siue specie siue numero differen-
tibus dicitur. Vnde negantia ducuntur argumenta,
sumiturq; genus uel attributi, uel subiecti questionis:
ut, Profusio non est liberalitas, quoniam uirtus non
est. Cœlum coloratum non est, quoniam corpus sim-
plex. Quintilianus: Quod non est arbor, utiq; plata-
nus non est. Non est emptio, quoniam contractus nō
est: nec stipulatio, quoniam obligatio non est. Locus
communis: Sublato genere species remouetur: posito
uerò, non continuo forma ponitur. Itaq; non quia est
arbor, platanus est: nec quia artem nouit, Dialecticā
tenet: nec quia est contractus, emptio est. Id uulgus
Totum uniuersale uocat. Sed genere uniuerse dicente
posito, formas singulas poni necesse est: eoq; sublato,
tollit: ut, Quoniam argentum omne legatum est, non
& lib. 3. ca. 4. potest cœlatum non esse legatum. At hoc legatum ui-
derè

Totum vni-
uersale.
Arist. Top.
lib. 2. cap. 1.
& lib. 3. ca. 4.

CORNELII VALERII.

deri non potest, si nullum sit argentum legatum. Hoc
 uulgò Totum in quantitate nominatur, id est, genus
 totum seu uniuersè dicens: & subiectum huic, pars in
 quantitate. Et per aduerbia loci & temporis (illi to-
 tum in loco & in tempore appellāt) argumentamur:
 ut, Harpyiæ nusquam sunt, nec apud inferos igitur,
 Semper & ubique nobis adest Deus, & nunc igitur,
 & in conclau. Ad quod referri et hæ concludendi for-
 mulae possunt: Si uirtus expetenda est, utique & iusti-
 tia. Si non est laudabilis perturbatio, nec iracundia
 laudabilis. Sunt hæ quidem enunciationes indefinitæ,
 sed quæ idem declarant quod generales. Locus com-
 munis: Quod tribuitur uel adimitur generi uniuersè
 dicenti, id tribuitur uel adimitur etiam cuilibet eius
 parti seu speciei subiectæ. Refellitur argumentum, si
 non ex uero speciei genere constet, aut si non ex ead-
 dem categoria sit petitum, aut pro uero sumatur pro-
 ximum. Ad eundem modū argumenta sumuntur à spe-
 cie ad indiuiduum: quam enim rationem habēt genera
 ad speciem, eandem habent & species ad indiuidua:
 ut, Quum doctis omnibus semper inuiderint Zoili,
 mirum uideri non debet, si Virgilium ipsum petierint
 inuidorum morsus. Si nulli fuerunt Troiani, profectò
 nec Aeneas fuit. Quemadmodum ex genere species,
 ita ex communi particulare concluditur, communis
 significationem non diminuens. (Voco autem hîc com-

Totum in
 quantitate.

Totum in
 loco.

Totū in tem-
 pore, id est,
 dictio aduer-
 bialiter om-
 nem locum
 & omne tem-
 pus compre-
 hendens. Hu-
 ius pars cer-
 tum locum,
 certumq; tē-
 pus notat.

A specie ad
 indiuiduū.

A communi
 ad particu-
 lare.

G § mune,

TABVLAE DIALECT.

Commune. *munie, quicquid alio est quouis modo latius, tametsi
Totum in proprie genus eius nō sit. Totum in modo nominant.
modo. Et particulare cum uulgo dico, quicquid altero est
Lib.2. Top. quouis modo contractius & angustius: ut homo, &
tract.2. c.10. homo malus:uir, & uir bonus: illud generis loco est,
hoc speciei. Per negationem sic: Ne homo quidem di-
cendus, nedum bonus. Non est doctus, nec Græcè igitur.
Non est animal, nec quadrupes igitur animal. Nō
habuit ædes, nec splendida igitur. Aientia ducuntur
à communi uniuersè dicente, hoc modo: Homines om-
nes ad discendum apti sunt, & rudes igitur homines
apti sunt. Deus uult omnes homines saluos fieri, &
malos igitur.*

De Specie. 50.

Arist.2. Top. *A specie seu forma, ad genus argumenta aientia
cap.1. ducuntur. Petitur hic attributi quæstionis species ad
probandum: ut, Si consul est, certè magistratus est. Si
Locus com- stipulatio, profectō obligatio. Locus communis: Po-
munis. sita forma seu specie, ponitur & genus. Confutabitur
argumentū, si ab una specie negans inferatur conclusio:
ut, Non est equus, nec animal igitur. At formis
omnibus sublatis, tollitur genus: ut, Quod nec homo,
nec bestia est, id animal esse non potest. Si neq; natus
est ciuis, neq; factus, non est ciuis. Si neq; censu, neque
uindicta, neque testamento liber est factus, non est li-
ber. Sed in hac formarum enumeratione cauendū est,*

Cauio.

ne qua

CORNELII VALERII.

ne qua pars prætermittatur necessaria. Nam in hoc exemplo, quod ætate Ciceronis absolutum fortasse fuit, desiderantur alij manumittendi modi, quorum meminit Iustinianus sub titulo de libertinis in instit. & explicat in Codice. Eadem est argumentandi ratio ab indiuiduis ad speciem ducta: ut, Si Virgilius est, homo est. Si nec Virgilius, nec Cicero, nec ueterum quisquam doctorum ab æmulorum morsibus liber fuit: certè doctorum nemo liber ab inuidis esse poterit. Ad speciem referendum est etiam argumentum, quod ex particulari commune colligitur, idque affirmatiuè hoc modo: Si uenaticus est canis, certè canis est. Cum mihi ruinosas aliquando fuisse ædes dixeris, cur nunc tui oblitus nunquam ædes habuisse me dicetas? Si Græcè doctus est, profectò doctus. (Quamquam multa norit oportet, ut uerè doctus uocetur.) At malè concluditur: Homo mortuus est, homo igitur: immò iam non homo, sed cadauer est. Item, homo pius est, homo igitur: immò non est homo, sed imago, & inane simulacrum. Nam particulare, quam determinationem uocant restringentem, communis ratione nec diminuere, nec dilatare debet. Alia est argumentandi ratio apud Ciceronem, à forma generis: ut cum una ponitur forma, aliæ remoueantur omnes non expressæ, quæ argumentatio potest ad dissimilitudinem referri: ut, Si ita Fabia pecunia legata est, si mater familiæ esset: si ea ma-

Ab indiuiduo ad speciem.

Particulare
A particulari ad commune.

Lib. 2. Top.

A forma generis.

TABVLAE DIALECT.

Enumeratio seu expeditio. Huc referenda & subiectio, infra sub cap. 91.

am alia argumentandi forma, in qua partes enumerantur, quam Dialectici locum à sufficienti diuisione uocant, Rhetores enumerationem, & autor rhetoricorum ad Herennium lib. 4. expeditionem: quæ tabula quinta cap. 91. inter alias quasdam argumentationes refertur.

De Toto. 51.

Totum duplex. Integrale dicitur, quod integrum ex pluribus partibus constat. Arist. Top. lib. 6. cap. 6. A toto ad partem unicam.

Totum est, quod ex partibus constat. Atq; id duplex est: substantiale uocant, quod ex substantialibus partibus compositum est: & integrale, quod ex partibus coherentibus & numero distinctis. A toto ad partes, & à partibus ad totum argumenta ducuntur aientia & negantia. Locus communis: Toto posito, partes principales inferuntur: ut, Si Dialecticus est, non ignorabit iudicandi & inueniendi rationem. Et à toto ad partem unicam præcipuam aientia ducitur argumentum: ut, Quia est arbor, etiam radix est. Negans non rectè duci potest: ut, Non est domus, nec panies igitur.

De Partibus. 52.

Duplices partes. Plures diuisiones qui uolet, à Rodolpho quærat li. 1. ca. 9.

Partes, totius membra sunt. Partes statuuntur duplices: aliæ substantiales, aliæ integrales. Substantiales, quæ primariæ sunt, & subiectum proximè componunt: quarum si qua desit, rem perire, nomenq; suum amittit.

CORNELII VALERII.

amittere necesse est, ut sunt materia & forma: ueluti
 corpus & anima, partes hominis: lignum & uita, ar-
 boris: aurei poculi, aurum & species ipsa poculi. Inte-
 grales, quæ secundariæ sunt, ei rei compositæ partes:
 sic dictæ, quòd collectæ (nam una pars totum nõ com-
 ponit) rem integram perficiant, & totius magnitudi-
 nem reddât: ut caput, uenter, pectus, manus, crura,
 & reliquæ partes corpus absoluunt. Tectum et parie-
 tes cum fundamento, domum: quarum partium nonnullæ
 quandoq; sine rei interitu abesse possunt, quædam
 nullo modo possunt, ut in corpore uidere licet. Pars
 integralis duplex est: similis, et dissimilis: Græcè ὁμο-
 γενής seu ὁμοιογενής, & ἕτερογενής seu ἀνομοιο-
 γενής. uulgò similis, & dissimilis. Similares par-
 tes dicuntur, quæ sunt eiusdem rationis, & undique
 in similes diuiduntur: ut, caro, ossa, nerui, cutis, ex qui-
 bus animalium corpora componuntur. quælibet enim
 carnis pars, caro est: itemq; in cæteris. Huc perti-
 nent aqua, ignis, aurum, ferrum, uinum, lignum, lapis,
 et similia, quorum singula suis partibus tribui possunt:
 ut, Pars aquæ est, aqua igitur. Dissimilares, quæ sunt
 diuersi generis: ut partes arboris, domus, nauis, gla-
 dij, corporis, de quibus singulis totum dici nõ potest.
 Non enim consequitur: Caput est, homo igitur: radix
 est, arbor igitur. Dissimilariæ aliæ sunt præcipuæ,
 quæ sine rei pernicie abesse non possunt: qualia sunt

Pars integra-
 lis duplex.

Similares,
 seu cognatæ.

Dissimilariæ
 duæ formæ.

G S uitas

TABVLAE DIALECT.

uitalia corporis membra, caput, uenter, cor, intestina,
 &c. domus, parietes, & tectum. Alie non præcipue,
 sine quibus totum constare potest: ut manus et pedes,
 fenestræ et ianua, &c. Locus communis: Sublatis par-
 tibus primarijs, totum tollitur: & illis positis omnia-
 bus, insertur: ut, Philosophiæ peritus est, quoniam lo-
 gicæ, physicæ, & ethicæ nouit. Non est Grammaticus,
 quoniam orthographiam, prosodiam, etymologi-
 am & syntaxim ignorat. Nec Rhetor, quoniam elo-
 cutionis imperitus est. Non est stipulatio, quoniam
 interrogatio defuit. Nam satis est, autore Boëtio, de-
 struenti, unam seiungere partem necessariam, sed a-
 struenti omnes enumerandæ sunt: diligenterq; cauenda-
 dum, ne qua pars necessaria prætermittatur. Partes à
 formis distant, quòd de unaquaque specie genus dica-
 tur, totum uerò de suis partibus singulis dici nequeat
 (præterquam de similaribus, à quibus ita licebit argu-
 mentari: Aqua gutta rotunda est, & totum igitur aqua
 elementum.) Estq; hoc diuisionis & partitionis dis-
 crimen supra sub capite 33. de diuisione, breuiter in-
 dicatum. Dicere licet, Laurus est arbor: sed, Disposi-
 tio est rhetorica, non licet. Nam species generis nomē
 integrum accipit: partes autem nomen totius non ni-
 si coniunctæ possunt accipere, singulæ non possunt.
 Locus à diuisione partim ad hunc locum, partim ad
 eum qui est à specie, pertinet: ut si comētā esse
 neges.

Locus com-
 munis.

A parte vni-
 ca negantia
 argumenta
 sumuntur.
 Partes à for-
 mis distant.

Hunc locū
 Cicero par-
 tium enume-
 rationem vo-
 cat, alij indu-
 ctionem.

CORNELII VALERII.

neges, quòd nec inerrans sit, nec planeta, cùm stella
omnis uel inerrans, uel planeta sit. Aut dialecticæ im-
peritum probes, quòd nec inueniendi rationē, nec ius-
dicandi nouerit. Non esse liberum, quòd neque censu,
neq; uindicta, neq; testamento sit liber factus.

De locis artificialibus medijs, ex subiectis, ex
adiacentibus, ex actibus. 53.

Medij seu coniuncti, seu adherentes, qui neq; om-
nino sunt extra substantiam rei, neq; ita infixi, ut in-
teriores. Subiiciuntur his subiecta, adiacētia, et actus:
quos non fuisse necesse ponere quidam putant, quòd
ad alios locos referri posse uideantur. Sed nos hīc Ro-
dolphum sequi maluimus, et locos tractare copiosius.
Præstat enim diuersis ex locis posse idem etiam argu-
mentum sumi, quàm difficulter ex uno.

De Subiecto. 54.

Subiectum est, cui aliquid inest, adiacentium actu-
umq; fundamentum, & id omne, quod actioni subie-
ctum est & expositum, in quod ea tendat, & uim su-
am explicet: ut calfacere proficiscitur ab igne calfaci-
ente, & in aliud tendit, quod calferi possit. Proprie
autem subiectum est substantia, accidentium recepta-
culum. Ea uerò quæ uulgò dicuntur obiecta sensuum,
& ea quæ sunt agitationi mentis obiecta, non sunt
subiecta, sed efficientia potius, & sensum mouentia:
nec sunt sensuum actioni subiecta, cùm sensus patian-
tur ipsi magis, quàm agant. Sic colores afficiunt ocu-

Longè utili-
est ad inueni-
endū varijs
ē locis idem
argum. posse
duci, q̄ singu-
la tantum in
singulis q̄ri.
Proprie sub-
iectum.
Quæ sunt
subiecta sen-
sib. & menti,
potius sunt
efficientia, q̄
sensum & in-
telligēdiu-
excitent.
Lactant. de
opificio Del-
cap. 9.

los.

TABVLAE DIALECT.

Ratio dissol-
uendi.

los, soni auditum, &c. sic ea quæ sunt agitationi mens-
tis obiecta, uim intelligendi ad cognoscendum exci-
tant. Locus communis; Sublato subiecto, tolluntur tã
adiacentia quàm actus. Cicero; mortui non sunt mise-
ri, quoniam ne sunt quidem. Qui omnino non sunt, ij
ne miseri quidem esse possunt. Non irascitur, quoni-
am felle caret. Nec pugnant cum gruibus Pygmæi, qui
nulli sunt. Posito subiecto, tribuuntur etiam natua
adiacentia & actus: ut, Ignis est, calidus igitur. Homo
est, patibilis igitur, ad risum aptus & ad fletum. Di-
lui possunt, si necessaria non sint.

De Adiacentibus. 55.

Adiacentia sunt, ex quibus subiectum aliud quoda-
dam quàm ex substantia, nomen ducit: ut Catoni (qui
ex substantia homo dicitur) prudentia & seueritas
adiacent, à quibus prudens & seuerus appellatur. Re-
feruntur huc quantitates, qualitates, & ea quæ cum
alijs cõferuntur (ut huc ea quoq; adiiciãtur, quæ Ro-
dolpho connexa dicũtur) ad sua subiecta relata. Quæ
si aliò referantur, accipiunt & alia nomina. Nam uir-
tus ad animum relata, adiacens est: cum fœlicitate col-
lata, destinatum: cum uitio, contrarium: cum iustitia,
genus: cum habitu animi, species. Accidentia serè om-
nia, præter ea, quæ sunt in agitatione posita, adiacen-
tis nomine Rodolphus complexus uidetur: eaq; ita
distribuit, ut alia sensu percipiãtur, uelut ea quæ sunt
subie-

CORNELII VALERII.

subiecta sensibus, ut color, sonus, &c. magnitudo, figura, &c. alia intellectu, ut uelocitas etiam in quiescente intelligitur. Rursus alia natiua sunt, quæ subiecto natura insunt: ut calor in igne, humor in aqua: Alia foris accedunt, ut calor ad aquam igni admotam. Accidentium autem alia separabilia à subiecto, ut rubor à pudore natus: alia difficulter separabilia, ut sunt habitus. Loci communes: Posita specie, ponuntur & adiacentia, atq; attributa perpetua: qua sublata, remouentur. Et enumeratis abūde adiacentibus perpetuis, ponitur & species: ut, ignis est, quoniam summa celeritate sursum fertur. Definitiones ex accidentibus hinc petuntur, quales sunt descriptiones animalium, stirpium, gemmarum, & rerum aliarum: quas ex cap. 31. et 47. qui uolet, repetat. Affinis hic locus est ei, qui sumitur à proprijs & adiunctis: quorum illa perpetuò accidunt, hæc plerunq;. Præterea adiacentia tributa subiectum requirunt: quo sublato, nulla possunt intelligi attributa. Cicero: Si mortui sunt miseri, mortuos esse necesse est. Sint enim oportet, si miseri sunt. Obiter hic notanda est duplex significatio uerbi Est. Dicitur est, κατηγορῶμενον, cum uerbo substantiuo nihil additur, sed ipsum est attributū: ut, Deus est. Mortui sunt. Vbi, est, uitam quandam significat. Est, κατηγορῶμενον, id appellatur, quod subiectum & attributum enunciationis connectit, siue cum uerbo

Loci communes.

Adiacentia perpetuò inhaerent, adiuncta plerunq; quæ vulgò vocantur cōmuniter accidentia.

Est, categorumenon, vulgò dicitur nullum adiacēs. Est, proscategorumenon, vulgò tertium adiacens.

substantia

TABVLAE DIALECT.

Substantiuo aliquid additur: ut, Deus est summum bonum, Mortui sunt miseri. Rectè autem concluditur ab est προσκατηγορημένω, ad est κατηγορημένοι: quod illi dicunt, ab est tertio adiacente, ad est nullum adiacens: ut, Si mortui sunt miseri, mortui sunt. Si Pygmæi sunt cubitales, certè Pygmæi sunt. At in pronunciatis necessarijs, uelut in hoc, homo est animal, est accipitur συγκατηγορηματικῶς & dialecticè. Nec rectè concluditur: Si homo est animal, homo est sicut nec in priuantibus: ut, Est homo mortuus, igitur homo.

De Actibus. 56.

Ferè] Nam ex quantitatibus non oriuntur, ut puto.

Actus est, ex quo res proposita exerceri afficiq; dicitur, & actione ac perpeffione continetur, siue accidens in agitatione & motu positum. Totidem ferè oriuntur actus, quot sunt adiacentia: ut ex adiacentibus, timore, dolore, motu, existunt actus, timere, dolere, moueri, &c. Verba tamè ea, quæ prioris actus notant, ad differentiam potiùs & proprium referantur: ut loqui, ridere, et similia. Locus communis: Actibus tributis, subiecta quoq; & adiacentia, à quibus illi deducti sunt, inferuntur. Cicero: Si spiritum ducit, uiuit. Si Pygmæi cum gruibus pugnant, profectò Pygmæos esse necesse est. A proprio ductum est illud: Loquitur, homo igitur est.

Externi loci rem circumstant illi quidem, sed ab

De locis externis, ac primùm de loco ex causis. 57.

Externi loci sunt, qui rem attingunt illi quidem, sed

CORNELII VALERII

sed infixi tamen non sunt, nec adhaerentes. Quorum primus causas et euenta complectitur, quae sola necessario rei coniuncta uidentur, cum reliqui externi loci nullo necessitatis uinculo sint colligati, cognatione tamen aliqua deuincti. Causa est, cuius uis sequitur aliud, siue, quam naturae ordine sequitur effectus. Causae autem quatuor sunt: efficiens, finis, materia & forma: quarum duae posteriores ad partes inter locos interiores supra sunt relatae. Causarum & effectorum plurimus usus est in laude ac uituperatione, in deliberationibus & iudicijs: dum ab honesto, utili, possibili, facili, aut contrarijs, a uoluntate & facultate pctuntur argumenta. Honestum uel utile esse, ad finem pertinet: fieri posse, uoluisse aliquem, aut potuisse, ad efficientem causam.

De causa efficiente. 58.

Efficientium causarum genera duo Cicero constituit: unum, quod uis sua efficit, ut ignis calorem: alterum, sine quo non efficitur: ut aes statuam causam dicimus. Superius diuiditur in absolutam, quae per se efficit, ut ignis accendit: & in adiuuantem, quae duplex est: alia praecipua, ut uirtus efficiens uitae beatae, ut Imperator uictoriae: alia administra, ut corporis & fortunae bona, ut milites. Posterioris generis, sine quo non efficitur, alia necessario ad rem efficiendam requiritur, ut instrumenta, ut materia: alia non necessario: ut, Ve-

ritas

eius tamen substantia se parati sunt.

Quid causa,
Arist. poster.
Anal. lib. 2.
cap. 1.

Causarum efficientium diuisiones. Cic. in Top. Sunt praeterea causarum aliae uniuersales seu generales, aliae speciales. Sunt & aliae propinquae, aliae remotae.

TABVLAE DIALECT.

ritas odium parit. Efficientium quoq; aliæ natura & necessitate quadam efficiunt, ut ea quæ delectu carent & iudicio. sic ignis urit, sol lucet: sic herbae, gemmae, omnesq; res naturales agunt ipsius uidelicet naturæ ui: Aliæ consilio & ratione liberaq; uoluntate, ut homo, ut Genij, & in primis Deus. Necessitate agentium aliæ per se ipsius naturæ conatu agunt, ut ignis urit natiua caloris inherens ui: Aliæ fortuito seu per accidens, ut ea quæ externo impulsu uiolenter excitata uel casu efficiunt: ut, aqua feruens calefacit. Puteum fodiens thesaurum inuenit. Venator telo in feram misso hominem occidit. Locus communis: Ab efficiente causa naturali necessaria non impedita, necessario sequitur effectus: ut, Si ignis est, non potest non urere (modò sit admota materia.) Si in æquatore sol incidit, æquinoctium sit necesse est: si ad capricornum descenderit, bruma: si ab æquatore ad cancrum ascenderit, æstas. Si bibit cicutam, morietur. Sed sublata causa, necessario tollitur effectus: ut, Nō est sol ortus, nec dies igitur est. Non est eruditus, quoniam non studuit literis. Consilio & delectu efficiunt homines, ut dictum est: itemq; spiritus, maximè uerò Deus. Hæc causa præcipuè solet in statu coniecturali spectari, cùm queritur, an uoluerit? an potuerit? Locus cōmunis: Posita causa uoluntaria, poni potest & effectus, qui ea remota tollitur: ut, Si sutor est, consui calceus potest.

Arist. poster.
Anal. lib. 2.
cap. 17.
A causa efficiente ad effectum.

Consilio & iudicio qui agant.
Vfus.

CORNELII VALERII.

potest: si deest, non potest. Si doctrinam expetitis, dō
 Et scriptores legendi sunt, & docti præceptores at-
 diendi. Fornix uitium fecit in communi pariete demo-
 liendo, id est, fornicis uitio opus corrui: is igitur qui
 demolitus est, damni nō tenetur. Nam à quo causa re-
 mouetur, ab eodem & effectus remouebitur. Ex To-
 pic. Ciceronis. Huc pertinent occasio, instrumentum,
 modus, &c. ut illa: Gladium irato præbuit, cædis igi-
 tur est autor. Venenum porrexit, occidit igitur. Item,
 Ignoscendum est ebrio, Veneno adulterum necare non
 licet, iniuria igitur occidisti, &c. Eodem referrī ille
 quoque locus potest, quem à generatione uocant: cū
 rem generare nihil aliud sit, quā efficere. Locus ab
 interimentibus ad euerfionem rei, quem à corruptio-
 ne appellant, ad priuantia relegandus uidetur. In quo
 traduntur hæc capita seu loci communes: Si causa in
 bonis est, erit res quæ euertitur, in malis. Et, si causa
 malum, id quod ab ea causa euertitur, bonum erit. Bo-
 næ enim rei malus est interitus, & mala interimens
 causa: malæ rei bonus interitus, & bona interimens
 causa: ut, Si bonum uita, malum morbus est, qui eam
 labefactat. Si reip. interitus est malus, ipsa est bona.
 Bonum intellige per se, non ex accidente. Neq; enim si
 mors Decij Romanis bona fuit, ipse malus fuit. Resu-
 tatur argumentum, si ex causis non necessarijs con-
 cludatur effectus: ut, Pluet, quoniam spirat auster.

Occasio,
 Instrumenta
 Modus, &c.

Locus à ge-
 neratione.
 Arist. lib. 2.
 Top. ca. 3.

Loci com-
 munes.

H De

TABVLAE DIALECT.

De Fine. 59.

Finis sum-
mus, ratio-
nis perfe-
ctio, seu vita
beata homi-
ni.

Destinatus.

Destinatorū
varietas.

A fine ad de-
stinatum, &
à destinato
ad finem.

Finis est, cuius gratia aliquid fit, & quò spectat usus rei. Atq; is duplex: summus seu perfectus, et destinatus siue ad præstantissimum finem conferens. Summus & ultimus est, qui per se expetitur, qualis est rei cuiusque status in suo genere optimus: ut, Hominis est mente & consilio, rationeq; maximè præditum esse, et foelicitas seu beata uita. id enim homini in bonis ultimum est: equi, ferocem esse: ignis, maximè calidū esse & siccum: aquæ, maximè humidam & frigidam: terræ herbis, &c. ornatam esse. studiorum finis est eruditio, et rectum de rebus diuinis et humanis iudicium: belli, pax & concordia. Destinatus est, qui ad supremum consequendum comparatus est: ut cibus, potus, uestitus, opes, & cæt. quæ uitæ humane tuendæ sunt adiumento, sine quibus uiui non potest. Belli, fuga hostium, uictoria, &c. Destinatorum autem finium alijs alijs præstant & priores sunt, aliorumq; gratia facti: ut calx & lapides cõparantur parietis causa, & hic domus, domus habitationis. Sumuntur argumenta à fine ad destinatum, & à destinato ad finem. Locus communis: Cuius rei finis est uel bonus, uel malus, ipsa quoque uel bona, uel mala est: ut, Bona uirtus est, quoniam bona est beata uita. Si malum est adulterium, sollicitare nuptas malum est. Et: Qui finem expetit, ne fugiat id, quod fini destinatur: & contrà, qui finem oderit,

CORNELII VALERII.

oderit, ea fugiat, quæ fini consequendo conducunt.
 Cicero: Si pace uolumus frui, bellum gerendum est:
 si bellum omittimus, pace nunquam fruemur. Sum-
 ptum faciat necesse est, qui quærit lucrum. Si uitam
 expetis beatam, exerce uirtutes, fuge uitia. Si eruditio
 bonum, studium etiam quod in discendo ponitur, bo-
 num est. Huc pertinet locus ab usu: ut, Cum sit utilis
 nauigatio, utilis etiam nauis est. Bonus equus, quoni-
 am utilis. Bonum uinum, quoniam stomacho prodest,
 & animos parat: In quo cauendum, ne sumptum ab
 abusu argumentum uideatur: ut si malum dicas ui-
 num, quod ebrios reddat, uel gladium malum, quod il-
 lo cædes fiant.

De Materia. 60.

Materia est efficienti subiecta, ex qua res uel natu-
 ralis, uel artificiosa componitur: ut homo ex corpo-
 re & animo: ex auro uel ære statua. Hinc aientia &
 negantia ducuntur argumenta: ut, Si nubes apparent,
 pluuia fieri possunt. Si pannus est, uestis parari po-
 test (nam fieri & parare posse, nõ autem semper esse
 intelligitur.) At panno deficiente, confici uestis non
 potest. Et, si nulla sit farina, panis fieri nequit. Si non
 sunt ex elementis conflatæ stellæ, nihil terreni conti-
 nent, nec uaporibus aluntur. Bisariam distribuerunt
 materiam: in permanentem, & transeuntem. Per-
 manens dicitur, ueluti si ex lapidibus, lignis, & calce

Ab usu.

Cautio.
 Ratio con-
 furandi.

De materia
 prima & fe-
 cunda, uide
 Rodol. Agri.
 lib. i. cap. 9.
 Materia dici-
 tur, quæ formas
 tam natura-
 les, quæ artifi-
 ciosas reci-
 pit. Dicitur
 quoq; mate-
 ria, ex qua a-
 liquid effici-
 tur: ut pan-
 n^o, ex quo uestis
 conficitur:
 æs, ex quo
 statua, &c.

H 2 constru-

TABVLAE DIALECT.

constructa sit domus, uel ex argento statua: quæ in priorem materiam redire possunt. Transiens seu mutabilis, si ex farina & aqua panis fiat: ex melle & uino mulsum. Hæc in materiam redire non possunt. Locus communis: Materia posita, consequi effectus potest: sed ea sublata, necessariò tollitur materiae permanentis effectus: ut, Non est hoc argentum, nec statua igitur argentea: idq; per tempus præsens. Quod in transeunte perperam concludatur: ut si dicas, Farina non est, nec panis igitur: cum sit dicendum, farina non fuit, per tempus præteritum. Vel, non est farina, panis igitur fieri non potest.

De Forma. 61.

Forma est, quod facit rem esse. Forma duplex est: naturalis, ut hominis vel equi: artificialis, ut statua.

Forma rei species est, quam uis efficientis produxit, ex qua nomen est inditum: seu id, per quod unaquæq; res est, & à cæteris distat: ut animus ratione præditus. Locus communis: Posita forma, cõsequitur uis & facultas rei, ipsaq; res ponitur, quæ remota forma tolluntur: ut, Matrimonium non est, quoniam defuit legitima & consensu inita societas. Cum Dædalus alatus non fuerit, profectò subuolare non potuit. Nõ sapiunt bestia, quoniam his mens & ratio negata est. Cælum uoluitur, quoniam rotundum est. Materiam et formam supra etiam ad partes retulimus, quòd hæc initia sint & elementa, ex quibus uniuscuiusque substantia componitur.

De effectibus

CORNELII VALERII.

De euentis caufarum, ac primū de Lo-
co ex effectis. 62.

Euenta generali nomine dicuntur, quæ oriuntur
ex caufis. Si bonus euentus, caufa non potest esse non
bona. Eadem uis inest interdum & effectus uerbo.
Sed effectus proprie sunt, qui caufas efficientes confe-
quuntur, id est, ipsa efficientiū opera: ut solis dies, ue-
neni mors, fabri domus, sutoris calceus, mali corui ma-
lum ouum. Locus communis: Posito effectū, caufam
eius propriam uel adesse uel adfuisse necesse est: at ef-
fectū sublato, caufa in plerisque tollitur: ut, Quoniam
dies est, solem exortum esse dubium non est. Sol et Lu-
na ex diametro non constiterunt hoc anno in anabis
bazonte, aut catabibazonte, quoniam Luna defectus
non fuit. Ex Cicerone: Quoniam omnia quæ mulieris
fuerunt, iam uiri fiunt dotis nomine, necesse est eam
mulierem in manum uiri conuenisse, id est, matrem fa-
miliæ factam fuisse. Id ductum est ab effectis rebus.
Sed ab efficientibus caufis hoc modo: Quoniam muli-
er in manum uiri conuenit, omnia quæ mulieris fue-
runt, uiri fiunt. Cauendum est, ne ab effectis impro-
prijs argumenta ducantur, quæ contingentia potius
uideantur, quàm effecta: ut, Pallet, amat igitur. Adole-
scens est, prodigus igitur. Ex malis moribus leges bo-
næ sunt factæ. Sublati sunt huic animi, quoniam plus-
culum accessit pecuniæ.

De destinatis, causæ finalis effectis. 63.

H 3

Desti-

Locus com-
munis.

Ab effectū
ad efficiens.

Id vulgò di-
citur, in capi-

te aut cauda
draconis, Ci-

ceronis ex-
emplum re-

stitutum. Ca-

terum qui di-
ligenti hoc

exemplū in-
spexerunt,

negant mu-
lierem, cum

nubit, cense-
ri tacitè om-

nia sua dotē
fecisse, quod

matrimonium
possit etiam

sine dote
constare.

TABVLAE DIALECT.

Destinata, sunt certo alicui fini et usui addicta: ut domus habitationi, uirtus sc̄licitati, seu beatae uitae: arma defensionis, studium eruditioni, medicina sanitati, &c. Hos modo fines destinatos, & conferentes appellauimus: ut, Cum gladium portare liceat, profectō uini propulsare uitamq; tueri licebit (non autem inferre iniuriam.) Si bellum gerendum est, neruus belli pecunia primum est querenda.

De euentu materiae. 64.

Effectus materiae, dicitur opus ex materia compositum: ut gladius ferri effectus est, et panis farinae. Ab euentu materiae permanentis aientia ducuntur argumenta: ut, Ferreus est gladius, & ferrum igitur est. Et ab euentu transcuntis: Panis est, fuit igitur farina. Locus communis: Posito causae materialis effectu, materiam uel esse, uel fuisse necesse est.

De euentu formae. 65.

Effectus formae, est rei uel naturalis, uel fortuitae facultas & actio propria: ut hominis effectus est ridere, loqui, ratiocinari posse: lapidis, deorsum cadere: arboris, crescere frondes, flores, fructus producere: candoris, candidum reddere: scientiae, scientem efficere. Ut, si candidum est, & candor igitur: si non est candidum, nec candor esse potest. Si rationis expertes sunt Pygmaei, profectō homines non sunt. Si uolubilis est globus, rotundus est. id quod plurimum capit, circularis

laxis

CORNELII VALERII.

laris & globosæ formæ sit necesse est. Locus communis: Posito formæ effectu, ponitur & forma: illo sublato, & hæc tollitur.

De adiunctis, seu verisimilibus, antecedentibus & consequentibus, de loco, & tempore, &c. 66.

Adiuncta seu consentanea sunt, quæ plerunq; rem consequuntur, eiq; proximè sunt coniuncta. Eorum pleraq; causis cognata sunt, ea maximè, quæ rem necessario uel præcurrunt, uel sequuntur. Nam duplicia sunt: alia necessaria, alia uerisimilia. Atq; horum tres species ratione temporis: accidentia, coniuncta, consequentia. Admonet enim hic locus, ut queratur, quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Antecedentia sunt, quæ rem quampiam necessario aut probabiliter antecedunt: ut partum concubitus, eruditio nem studium & uigilia, cædem odium: à quibus argumenta negantia ducta ferè sunt necessaria: ut, Eruditus non est, quoniam nullum in literis studium posuit. Non floruit arbor, non feret igitur fructum. Non concepit, non pariet igitur. Locus communis: Antecedente sublato, tollitur consequens. Aientia argumenta sæpè non sunt necessaria: ut, Quoniam rem profundit, egebit aliquando. nisi necessarium sit antecedens: ut, Si in corde uulnus acceperit, morietur. Ex Topicis Cic. Si uiri culpa diuortium factum est, dotis pars sexta pro liberis à marito retineri non potest. Antecedens

Locus conjunctionum præcipue in coniecturalibus ceruitur. Contingentia duplicia: necessaria & uerisimilia.

Antecedentia.

Ab antecedentibus negantia argumenta ferè sunt uerisimilia.

TABVLAE DIALECT.

Exconiunctis factum declaratur. Consequentia. A consequentibus argumenta aientia fere sunt necessaria.

Locus hic late patet.

dens est, culpa uiri factum diuortium: consequens, dotis partem non retineri. Locus communis: Cui conuenit antecedens, eidem conueniet & consequens. Coniuncta, quae cum re eueniunt: ut morbus ac morum difficultas senectuti adiuncta sunt: cædi perturbatio. Si ægrotat, pallet. Si uiuit testator, irritum est testamentum. Si crebro suspirat, laborat ex pulmonibus. Locus communis: Ex coniunctis & signis uicina, & in rem presentem cadentia spectantur. Consequentia, quae rem uel necessario, uel probabiliter consequuntur. Hinc argumenta aientia sumpta, fere sunt necessaria. Locus communis: Posito consequente, ponitur & antecedens: ut, Peperit mulier, concubuit igitur. Male concludas negantia: ut, Non peperit, nec concubuit igitur. Hunc male sibi conscium esse oportet, quonia plus cæteris trepidat, pallet, titubat, &c. Si relictus est cinis, incendium præcessit: si eruditus est, studium: si facta cædes, ira, odium, inuidia, &c. Locus hic ad iunctorum ad coniecturales etiam causas pertinet, & ex signis atq; circumstantiis efficitur. Ad quem referri poterunt attributa personarum, supra latius explicata, & quaecunq; uulgo cõtinentia & communiter accidentia dicuntur: ut, Si mater est, filium amat. Non amat filium, non est igitur mater. Si senex, auarus: si pallet, amat. Plin. Senilis iuuenta præmaturæ mortis signum est, Si rubet uespertinũ cœlum, crastinus erit

serena

CORNELII VALERII.

serenus dies. Nebulae caelo cadentes serenitatem promittunt. Volitantes stellae uentos nunciant. Pallet luna imbro, uento rubet, alba serena est. Quamuis autem ea separari possint, cum non semper eueniant, mutua tamen declaratione monstrantur: ut si unum eorum, quolibet extiterit modo, alterum quoque extitisse, uel extare, uel extitutum esse, et euenire posse uideatur.

Locus communis: Cui res aliqua conuenit uel non conuenit, eidem etiam id quod ei rei adiunctum est, conueniet uel non conueniet. Huc pertinent physiognomica, chyromantica, temporum prognostica, et prodigia: ut cometarum significationes, et c. Itemque ethnicorum auguria, auspicia, diuinationes, etc. quanquam haec sunt Poëtis usitatiora. Sic apud Virgil. Aeneas è loco fugiendum monet, audita Harpyiae dira uoce. Vide Valerium Maximum libro 1. cap. 6. Quae con nexa Rodolphus appellat, ea partim adrelata, partim ad coniugata non incommode reuocari possunt: quaedam etiam huc pertinent. A loco ducitur argu- A loco: mentum, cum irritam esse in infami loco pronunciatam sententiam docemus. Non posse humoribus ali- sidera, quod nullus humor huc peruenire queat. Non micare planetas, quod uiciniore sint quam inerrantes. Diuersa loca sunt, de quibus in categoria, Vbi, dictum est: et apud Quintilianum libro 5. cap. 10. A tempore: Si iure caesam Horatiam à fratre uictore uie

H. S. d. xvi.

TABVLAE DIALECT.

A tempore,
ad id quod
tempore ge-
ritur.

Quae tempe-
stiuè fiunt,
ea rectè fieri
dicuntur:
male verò,
quae intem-
pestiuè.

Dissentanea
seu disiuncta
adiunctis
contraria.

Arist. Top.
lib. 2. cap. 4.
Cic. in Top.

deri dicamus, quòd publica ciuitatis lætitia hostem lu-
xerit: falsamq; Clodij de uiolatis Bonæ Deæ ceremo-
nijs accusationem, ut qui eo tempore fuerit inter am-
næ, quo Romæ dicitur opertum bonæ Deæ ingressus.

De tempore quoq; diximus sub cap. 25. Ab utroq; lo-
co firma ducuntur argumenta. Quintil. Occidisti a-
dulterum quod lex permittit, sed quia in lupanari ca-
des est. Terent. Quis homo pro mœcho unquam uidit
in domo meretricia deprehendi quenquam? Quintil.
Si dicatur signasse, qui ante diem tabularum decessit.

Adiunctis opponuntur disiuncta seu dissentanea, quæ
non est consentaneū in eandem rem cadere posse: ut,
matrem esse & odisse filium: studiosum esse & luxui
deditum, quæ mox in dissimilibus explicabuntur.

De similibus. 67.

Similitudo, est rerum diuersarum inter se collata-
rum similis quedam affectio. Huius formas tres Cice-
ro facit in Topicis, inductionem, collationem, & ex-
emplum. inductionis hoc sit exemplum. Si tutor fidem
prestare debet, si socius, si, cui mandaueris, si, qui fis-
duciam acceperit (id est reuendendi legem uenditio-
ni appositam) debet etiam procurator: cum uterque
bona fide negotia aliena gerat. Vel breuius ad hunc
modum: Si tutor fidem prestare debet, debet & pro-
curator. Quintilianus: Si continentia uirtus, utiq; &
abstinentia, Si Iesus Christus D. N. à mortuis excitatus

tus

CORNELII VALERII.

eus est, & nos à morte reuocabimur. Ad collationem
 referuntur ea, quæ similia Rodolphus appellat, cum
 singula conferuntur in singulis: qualia sunt illa ab E-
 rasmo collecta. Ut, si quis utendū ætate suadeat, quòd
 cito pede labatur ætas: hanc poterit adhibere similitu-
 dinem: Ut unda undam perpetuò impellit, ita dies diē
 trudit. Si quis immedicabilem pestem penitus tollens
 dam: Quemadmodum arbor excisa repullulat, euulsa
 non fruticatur: sic malum si penitus tollatur, non re-
 nascitur. Et dissimilia. Quintilianus libro primo: Non
 enim uox illa præceptoris, ut cœna minus pluribus
 sufficit: sed ut sol idem lucis calorisq; uniuersis largi-
 tur. Putantur hæc ad probandum cæteris minus uale-
 re, & ad docendum esse, quàm ad cogendum aptiora.
 sæpè tamen uim magnam probationis habent, et non
 minus urgent, quàm persuadent. Exemplum est factū
 aut dicti alicuius certi auctoris nomine proposito, &
 quasi breuior quædam inductio. Sed infra lauius de
 utraq; similitudinis forma, inductione & exemplo di-
 cendum est. Locus communis: Similium similis est ra-
 tio. Refertur partim ad similia, partim ad paria locus
 à proportionem, quæ est affectionis unius ad alterum
 comparatio: ut, Quam habent rationem duo ad qua-
 tuor, eandem habet quatuor ad octo. Quam rationem
 gubernator ad nauem, eandem habet ad Remp. magis
 stratus. At iudicio non sorte gubernator eligitur, nec

Similia, qui-
 bus singula
 redduntur
 singulis.

Locus com-
 munis.

Quod in v-
 no similia
 valet, valet
 & in altero.

A proportio-
 ne, de qua
 Cic. lib. 3.
 de Orat.

magis

TABVLAE DIALECT.

magistratus igitur sorte eligendus, sed iudicio. Quod est aspectus in oculo, id mens est in animo. Vtrunque enim ducis locum obtinet. Et per dissimilem proportionem: Non idem in homine animus est, quod in nauis gubernator: quod ille tanquam pars insit, hic tantum impulsor externus.

De dissimilibus. 68.

A differenti-
bus ad diffe-
rentia.

Differentia
numero.

Arist. 1. Top.

Differentia
specie.

Differentia
genere.

Opponitur similitudini dissimilitudo, seu differentia, quæ est rerum inter se collatarum affectio diuersa: qualis est inter homines singulos, singulos equos, pisces, aues, inter uirtutem et uoluptatem, tyrannum & regem, herbam & fruticem &c. Differentiæ alia numero distant: ut, Hoc Socratis est dictum, non Diogenis: uel huius, non illius. Alia specie sunt diuersa: ut, Satyri sunt homines, seu bestie potius, non Dij. Alia genere differunt, & categorijs: ut, Myrica non est arbor, sed frutex. Inuidere est pati, non agere: quæ supra perstrinxi tabula prima in ijs, quæ post categorias traduntur. Cicero: Non si uxori uir legauit omne argentum, quod suum esset (id est in arca positum) idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Heredem, si quid à defuncto debetur, appellare possis, legatarium non possis: differt enim heres à legatario. Cicero: Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore autore soluas: ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere.

Fabius:

CORNELII VALERII.

Fabius: Non quod mulieri, idem & pupillo. Tu quum centum argenteos deposueris, qua fronte aureos totidem repetis? Lapideam diruisti domum, & reponis ligneam? Negligit pecuniam sapiens, cum tantum uirtutem admiretur. **Locus communis:** Dissimilium dissimilis est ratio, & dissimilia sunt attributa. Nam differrentium posito uno, tollitur alterum (uel cetera potius omnia: ut, q. asinus est, id nec mulus, nec equus, nec quæuis alia bestia esse potest. Innegato autem, non continuè ponitur alterum: itaq; non quia hæc bestia leo non est, idcirco ursus erit, aut aper. Differt à comparatione similitudo, quòd hæc in qualitate posita sit, illa in quantitate. Hic autem eadem sunt, aut æqualia, & paria: illic similia non eadem, sed eodem modo inter se affecta. Quanquam sæpè ita tenui discrimine separantur, ut & similia & dissimilia comparationis loco uideantur contineri. Distat à contrarijs, quòd hæc tantum duorum, differentia plurium esse possint: ut calidum frigido opponitur, sed differt à sicco, duro, leui, aspero, & cæteris.

De Comparatione. 69.

Comparationis locus uocatur, cum uel maiora ex minoribus, uel minora ex maioribus, uel paria ex paribus concluduntur. A maiorum comparatione ducitur argumentum, cum res maior probationem præstat, & minor concluditur: contraq; cum ex minore sumis

Locus communis.

Arist. i. Top. lib. 2.

Idem duob. dissimilibus conuenire nõ potest.

Arist. Top. lib. 2. cap. 4.

TABVLAE DIALECT.

A maiore. fumitur argumentum, res minor probat, maior concluditur. A maiore tum aientia tum negans ducitur argumentum apud Rhetores: quibus id maius dicitur, quod grauius est ac maioris momenti: minus, quod leuius, non autem quod magnitudine aut numero maiore uel minore praeponderat. Quintilianus: Si quis sacrilegium facit, faciet et furtum. Cicero: Quid faceres domi tuae, cum alienae tam sis insolens? Occidere licet adulterum, & non licebit loris cedere? Si uir non potest, nec puer poterit. Locus communis: Quod in re maiori ualet, ualeat in minore, Quod in illa non ualet, nec in hac ualeat. A minori quoque Rhetores argumenta aientia & negantia ducunt. Quintilianus: Qui facile ac palam mentitur, peierabit Pallas Argiuos submergere potuit, uiso Troianos non poterit? Cicero: Mortem, quam etiam uirgines Athenienses pro patria contempsisse dicuntur, ego uir consularis timerem? id est, an non ego contemnere poterem? Locus communis: Quod in re minori ualet, ualeat in maiore. Quod si rem maiorem intelligas credibiliorem, & minorem incredibiliorem, negantia tantum a maiore ducentur argumenta: ut, Si dux arcem expugnare non potuit, nec miles poterit. Et a minore aientia. Cicero: Hoc pueri possunt, uiri non poterunt? & mos ualet, ratio non ualebit? A parium cum paribus collatione, affirmantia & negantia sumuntur:

Quid maius.
Quid minus.

A minore.

A maiori. i.
credibiliore
negantia du-
cuntur argu.
a minori af-
firmantia.
Locus qui ex
pari sumit,
in utranque
partem ualet,
& perspicua
earum rerum

CORNELII VALERII.

ur: in quibus perspicua requiritur earum rerum que
 comparantur, equalitas. Cicero: Si quis me exire do-
 mo coëgisset armis, haberem actionem: si quis intrare
 prohibuisset, non haberem? Ex Top. Ciceronis: Quo-
 niã fundus biennio usucapitur, usucapiantur et aedes:
 utrunque enim est rerum immobilium. (At nunc usuc-
 apionum tempora mutata sunt, titulo Pandectarũ,
 de usucapio.) Locus communis: Quod in re pari ua-
 let, ualeat in hac que par est: quod in illa non ualet,
 nec in hac que par est, ualeat. Ad hunc comparatio-
 nis locum exempla pertinent, que & ipsa sunt uel pa-
 ria uel contraria, uel maiora uel minora: suntq; horũ
 species quatuor. Apologicum seu Aesopicum, ut illud
 apud Horatium: Olim quod uulpes a groto cauta leo-
 ni Respondit, referam. Et: Fortè per angustam tenuis
 uulpecula rimam Repserat in cameram frumenti, &
 cæt. epistola altera ad Mecœnatem libro 1. Epist. Fa-
 bulosum, ex fabulis poëticiis adductum, ut illud apud
 eundem lib. 1. ad Lollium: Nos numerus sumus, & fru-
 ges consumere nati, sponsi Penelopes, &c. Dramati-
 cum, ex tragœdijs uel comedijs sumptum. Idem in Ar-
 te: Telephus, & Peleus cum pauper & exul uterque,
 Projicit ampullas et sesquipedalia uerba. Historicum,
 ex historia aliqua petitum, quod ad probandum cate-
 ris aptius est. Vide Quintilianum libro 5. cap. 11. &
 Erasmi commentarium de copia, libro secundo, cap.
 de exemplis & parabolis.

que compa-
 rantur, equa-
 litatem re-
 quirat.

Exempla.

Apologicũ.
 Nemo igitur
 eo se com-
 feret, unde
 redire non
 possit.

Fabulosum.

Dramaticũ.

Historicũ.

De

TABVLAE DIALECT.

Arist. lib. Ca
reg. cap. de
cōtrarijs. Et
Top. li. 2. c. 3.
Ab oppositis
ad opposita.
Contraria
ita inter se
dissident, vt
neutrū eorū
simili modo
cum vllō a-
lio pūgnēt.
Aduersa, in
eodem gene-
re] subaudi
propinquo
vel remotio-
re, vt candor
& nigror
sub colore,
liberalitas &
effusio sub
habitu. Arist
2. Top. tract.
2. cap. 10.
Arist. 2. Rhe-
toric.
Locus com-
munis.
Aduersa du-
plicia.
Mediata &
immediata.

De Oppositis. 70.
Opposita, quæ Cicero contraria uocat, ita pug-
nant, ut simul in eodem, ratiōe eiusdem, eodē tempore
inesse non possunt. Atque horum quatuor sunt formæ,
quæ uulgō appellantur contraria, contradictoria, re-
latiua, & priuatiua. Contraria (quæ Cicero in Top.
aduersa nominat) sunt, quæ in eodem genere plurimū
inter se differunt: ut uirtus, uitium: tarditas, celeritas:
ignauia, fortitudo: calor, frigus: & cæt. quæ simul ei-
dem inesse nō possunt, sed alterum ab altero pellitur:
ut si frigus inuaserit, cedit calor. nisi natura alterum
insit, ut calor igni, candor niui, coruo nigror, & cæt.
Quintilianus: Frugalitas bonum, luxuria enim malū.
Si malorum causa bellum, erit emendatio pax. Cicero:
Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & boni-
tatem, si malitiam. Si ueniam meretur, qui imprudens
nocuit: non meretur præmium, qui imprudens profu-
it. Horat. Cur nescire pudens prauē, quā discere ma-
lo? Idem: Quem res plus nimio delectauere secunde,
Mutatæ quatiē. Cicero: Quid? cūm fatemur satis ma-
gnam uim esse in uitijs ad miseram uitam, nōne fa-
tendum est, eandem uim uirtuti esse ad beatam uitam?
Contrariorum enim contraria sunt consequentia, &
cause atq; effecta contraria. Aduersorum duplex ra-
tio est. Alia medium nihil recipiunt (quæ uulgus im-
mediata nominat) ut sapientia, stultitia: uirtus, uitiū:
& cæt.

CORNELII VALERII.

Et c. Alia sunt, inter quæ medium est (ea mediata uocant) ut inter sanum & ægrum medium Galenus statuit: inter res bonas & malas sunt indifferentes, ut diuitiæ: inter calorē & frigus, tepor est, etc. Locus communis: Contrariorum seu aduersantium eorum, inter quæ nihil medium interiectum est, uno sublato alterū necessariō ponitur (si capax horum subiectum fuerit, cum nec sanus lapis, nec ægrum lignum dicatur) ut, Sapientis est, quoniam stultitia caret. Quod sanè in ijs, inter quæ medium est, locum non habet. Neque enim necesse est nigrum esse eum, qui albus non sit: cum inter candorem & nigrorem sit aliquid interiectum, ut color fuscus, pallidus, cœsius, & cæt. Nec quia prodigus non est, idcirco auarus erit. Interiectorum alia nomina habent usitatum, ut fuscum, pallidum, & c. alia non habent, sed per negationem efferuntur: ut, Hominum alij boni sunt, alij mali: quidam neque boni, neque mali. Quidam nec amici, nec inimici: nec eloquentes, nec barbari. Alij sani sunt, alij ægri: quidam neque sani, neque ægri. Forma, opes, honores, neque bona iudicantur, neque mala. Contradictoria seu contradictoriè opposita, sunt affirmatio & negatio eiusdem rei de eodem subiecto. Ea Latine Cicero in Topicis negantia uocat, contraria aientibus, quæ sunt ualde contraria, quorum alterum ait quid, alterum negat. in secundo de Inventione libro disparata nominat: ut sa-

Locus communis omnium aduersorum: Posito vno, remouetur alterum, non contra: sed eorū, inter quæ nihil medium est, negato vno, ponitur alterum, & contra.

Contradictoria, quæ Cicero uocat disparata, continent unius negationem & alterius affirmationem.

I pere,

TABVLAE DIALECT.

pere, & non sapere: sedet, non sedet: si hoc est, illud non est. Si Christum diligit, qui mandata eius seruat: qui non seruat, non diligit. Si ex Deo essent Pharisei, uerba eius audirent: non audiunt autem, non igitur ex Deo sunt: aliæq; pugnantēs enūciatiōes. Locus communis: Disparatorum posito uno, tollitur alterum. Si terra immobilis est, falluntur qui mobilem eam putāt. Relatiua Cicero uocat ea, quæ cum aliquo conferuntur: relata & comparata, quæ hoc ipso sunt, quòd ad alia referuntur, quorum propria est mutua quædam reciprocatio, ut duplum simplum, multa pauca. patronus cliens: ut, Quod est turpe docere, idem est & illicitum discere. Atque hæc non pugnant, sed coniuncta sunt. Dissentiunt autem hoc modo: Si filium hunc eius esse contendis, non potest eiusdem esse pater. Non otiosè additur, eiusdem. Nam pater alterius esse potest. Nec seruus atq; dominus eiusdem eodem tempore est. Hic enim illud obseruandum est, κατὰ τὸ αὐτό. Locus communis: Relatorum posito uno, ponitur & alterum in subiectis diuersis. Contrà, sublato uno, tollitur et alterum: ut, Si pater est, filium habeat necesse est. Si hic non est, nec ille erit. Si tibi non sum uxor, non eris tu mihi maritus (Atque hoc quidem de essentia intelligendum est. Nam in alijs non consequatur: Pater non docet, nec filius igitur.) At uerò uno tributo, detrahatur in eodem subiecto alterum: ut, Si Titius

us Das

Relata.

In relatis negatio eodem quo affirmatio pertinere debet, & locum habet illud.

κατὰ τὸ αὐτό.

CORNELII VALERII.

is Dami dominus est, non potest esse seruus. Priuati-
 ua, habitus & priuatio. Ea Cicero Priuantia nomi-
 nat, quæ Græcè uocantur *σεντικὰ*: quorum unum,
 id quod re uera est significat, alterum eius priuatio-
 nem: ut aspectus, cæcitas: ut auditus, surditas: ut digni-
 tas, indignitas: humanitas, inhumanitas: eloquētia, in-
 fantia: piū, impiū: firmum, imbecillum: uiuum, mor-
 tuum: lux, tenebræ: cæcum esse, despiciere: motus, qui-
 es: ut latiūs hæc paulò, quàm uulgus Dialecticorum
 solet, extendamus. *Habitus*, quem uocant, rei præsen-
 tia seu adeptio est: *Priuatio* eiusdem absentia & amis-
 sio rei, quæ adesse potuit, siue quam natura adesse uo-
 luiti, dō; statuto tempore: neque enim uel catulus aspe-
 ctu, uel puer dentibus, antequam per ætatem habere
 possit, priuatus esse dicitur: nec cæcus lapis, nec pri-
 uate ratione bestie. *Locus communis*: Priuantium
 unum interitus est alterius: ut, Si bonum est patria, mi-
 serum exilium. Si ualetudo bonum, morbus miserum.
 Si laudabilis eloquentia, uituperabilis est infantia. Si
 tenebræ sunt, lumen abest, & cætera. *Contrariorum*
proprietates: Aduersa uno eodemque tempore, sub-
 iectis diuersis inesse, alterumque sine altero consta-
 re possunt: ut dulce & amarum in melle & felle. Ea
 uerò, quæ cum aliquo conferuntur, uno tempore aut
 esse ambo, aut non esse necesse est. *Negantia & pri-
 uantia eodem tempore in iisdem subiectis inesse non*
 I 2 *possunt:*

Priuantia
 sunt, quæ pri-
 uationem
 rei, quæ ad-
 esse debeat,
 significant.

Habitus.
 Priuatio.

Arist. Categ.
 cap. 10.

Posita priua-
 tione, tolli-
 tur habitus,
 & contra.

Interitus], i.
 efficit, ut al-
 terū de eodē
 negetur.

Contrario-
 rum propio-
 tates.

Arist. li. Ca-
 teg. cap. de
 ijs, quæ cum
 aliquo con-
 feruntur.

illud
 uat:
 isei,
 ur ex
 com:
 m. Si
 utāt.
 erun
 d ad
 edam
 atro
 illi
 neta
 eius
 Non
 e po
 n po
 urō.
 r &
 , tol
 cesse
 xor,
 essen
 tur:
 ribus
 ritia
 Das

TABVLAE DIALECT.

possunt: quòd si diuersis accommodentur, desinunt esse negantia et priuantia. Nulla enim in his repugnantia est: Nero tyrannus est, Augustus nō est tyrannus. Ceterum in omnibus oppositis intelligendum est, repugnantiam fieri differentiarum, non generum aut communium accidentium. Malè enim concluderis: Virtus est habitus, igitur uitium non est habitus. Dominus eruditus est, seruus igitur non est eruditus. Vide caput quadragesimum.

De locis inartificialibus. 71.

Arist. lib. 1.
Rhetoric.
Cic. in Top.
Quint. lib. 5.
Cic. in Part.
de assūptis.
Argum. assumpta ad tractationē magis pertinent, quàm ad inuentionem.

Inartificiales dicuntur loci, ex quibus ea ducuntur argumenta, quæ foris ad probandum uel refellendum assumuntur, neq; inhaerent in rei natura. quæ sine arte putantur, non quòd artis non indigent, sed quòd ea non parit ars differentis, sed foris ad se delata tamen arte tractat. Ea remota appellantur, ut testimonia, quæ sunt uel diuina uel humana. Diuina sunt, quæ diuinitus aut animis omnium hominum insita sunt, quæ lex naturæ uocatur: aut sacris literis prodita, uel diuino quasi ore pronunciata, ut oracula, ut uaticinationes: aut uisis quibusdam somniorum significata, aut de caelo seruata, ut portenta, &c. Huc pertinent ethnicorum auspicia, responsa sacerdotū, haruspicum, coniectorum, &c. Humana sunt, quæ spectantur ex autoritate & ex uoluntate, & ex oratione aut libera aut expressa: in quibus insunt scripta, pacta, promissa, iurata.

CORNELII VALERII.

iurata, quæ sita. Diuina testimonia, quæ Christiana re-
cepit religio, certa sunt minimeq; dubia, quorum sa-
cro sancta nobis esse debet autoritas. Humana sunt ma-
gnæ autoritatis, & illustrium uirorum & experien-
tium atq; doctorum testimonia, quæ non rarò labefa-
ctantur. Referuntur huc gnoma, parœmia, fabula, apo-
logi, chriæ, apophthegmata, axiomata, physica et ma-
thematica probationis non indigentia. Et leges, sena-
tusconsulta, responsa prudentum, mores, hominum
etiam opiniones, &c. Ex hoc loco argumenta ducun-
tur aientia: ut, Romani sunt à Troianis oriundi. sic e-
nim Liuius memoriæ prodidit. Sol multò quàm terra
maior est: nam ita ueteres astrologiæ peritissimi tra-
diderunt. Optima quæque primùm sunt discenda, nec
obruenda tenera puerorum ingenia: sic enim Quin-
tilianus præcipit. Negantia argumenta hinc non res-
ctè ducuntur: ut, Scripsit in Topic. Cicero seruum tri-
bus modis liberum fieri, censu, uindicta, & testamen-
to: non sunt igitur modi plures, atqui numerantur, ut
suprà dictum est, & alij lib. 1. Instit. de libert. Locus
communis: Fides eruditissimis in arte quauis habenda
est, & uiris prudentibus atq; experientibus. Quinti-
lianus genera sex argumentorum artis expertium fa-
cit: præiudicia, rumores, tormenta, tabulas, iusiuran-
dum, testes. Præiudicia sunt sententiæ dictæ, quæ iudi-
caturis exemplum, quod à paribus (seu eiusdem spe-

1 3 cici)

Præiudicia

TABVLAE DIALECT.

Rumores. *ciei)causis sequantur, adferunt. Confirmabimus pra*u* iudicia autoritate eorum, qui pronunciauerunt, & rerum, de quibus quaeritur, similitudine. Labefactabimus autoritatis imminutione, & rerum dissimilitudine. Rumor seu fama. Contra rumorem dicturus, uocabit sermonem sine ullo certo autore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum crudelitas: eumq; nulli non etiam innocentissimo accidere posse, fraude inimicorum falsa uulgantium. Pro rumoribus: Non temere dispargi dicet, sed esse quasi publicum testimonium.*

Ex Quintil.

Tormenta. *Tormenta supplicia sunt, quibus extorquetur ueritas. A quibus qui probat, inuentam dicet quaestionem ob uera fatendi necessitatem. Contra ea dicturus, ostendet hanc fatendi necessitatem plerunq; causam esse falsa dicendi, quod alij tormentorum patientes, alij sint impatientes, parumq; firmi: quorum illi cruciatus contemnunt, hos mentiri cogit dolor. Tabulae sunt apocha, antapocha, epistola, chirographa, codices accepti & expensi, pacta, & caet. sub titulo, C. de fide instrument. Refelluntur tabulae & recusantur sapissimè: ueluti si fides abrogetur signis, si tempora non congruere, si pugnancia esse scripta, si dolo, ui, metuue probentur extorta. Iusurandum est affirmatio religiosa, qua nullum est ad constringendam fidem uinculum arctius. Id offertur, uel recipitur oblatum: exigitur, uel recusatur. A iureiurando sumentes*

Quaestioni
nec semper,
nec nunquam
fides habenda.
l. i. ff. de
quaestionib.
Val. Maxim^o
li. 8. c. 4. & 9.
Tabulae.

Iusurandū,
de quo sub
tit. ff. de iureiurando.

argu

CORNELII VALERII.

argumentum, dicent magnum habere momentum uirū
 sancti et religiosi iusiurandum. Rursus idem à uiri im-
 probitate & perfidia, impiaq; iurandi consuetudine
 refellent: & ui metus'ue causa datum, amore, odioque
 expressum arguent. Testes sunt, quorum est dicere
 quæ scierint, uel audierint: quos accusator producens
 integritatem eorum et fidem commendabit: defensor,
 si potest, eleuabit. Debent ubiq; probatissimorum ho-
 minum ualere testimonia. Vide tit. ff. & C. de testib.
 Et Cic. in Partit. & Cornificium ad Herennium lib. 1.
 & Quintil. lib. 5.

Testes.

Tabula quinta de argumentatione, seu recta ar-
 gumentorum dispositione, in qua iudi-
 candi ratio versatur. 72.

ARgumentatio est argumenti per orationem
 explicatio, seu materiae ad fidem faciendam
 comparata tractatio, quæ Dialecticæ finis est. Ea con-
 ficitur ex enunciationibus rectè collocatis. Cuius nu-
 merantur species quatuor: Syllogismus, Enthymema
 (quod ad syllogismum reuocatur): inductio, & Exem-
 plum (quod ad inductionem redigi potest.) Sorites, qui
 uidetur ad syllogismum referendus, adijcietur, & aliæ
 quaedam argumentandi formæ. Utilissimum fuerit (ut
 idem denuò admoneamus) initio argumentationis the-
 ma coniunctum in simplicia membra distinguere, &
 utranque partem diligenter ad ea præcepta, quæ su-
 præ de tractatione simplicis questionis tradita sunt,

Thema con-
 iunctum in
 simplicia
 membra di-
 stinguere, ac
 particulatim
 perpendere
 utranq; the-
 matis partem.

¶ 4 perpen-

TABVLAE DIALECT.

Puerile præceptum. *perpendere. Admonendum & illud est, ut argumentū eligatur eiusmodi, quod commodè cum termino minore, seu quæstionis subiecto possit in assumptione coniungi. Quod si satis aptum ad confirmandum erit, sed parum commodum syllogisticae dimensionis, facile poterit adhibita uerborum copia uariatum nonnihil accommodari: ut si causam aientem in negantem mutes, uerbum actiuum in passiuum, aliæue qua utaris industria. Ut si hoc in prima dispositionis forma concludendum sit: Amor consilio regi non potest, quoniam &c. ex negantibus enim nihil rectè concludetur.*

Syllogismi species duæ. Arist. prior. Anal. l. i. c. 2. Syllogismi diuisio. Syllogis. categoricus. Top. cap. i. Causa syllogismi. Duo termini. i. subiectū & attributū quæstionis.

De Syllogismo, prima argumentationis specie, ac primùm de syllogismo categorico, & eius partib. terminis tribus, totidemq; enunciationibus. 73.

Syllogismus (quam ratiocinationē Latini uocant) duplex est: Categoricalis, qui constat ex enunciationibus categoricis: & Hypotheticus, qui componitur ex hypotheticis. Syllogismus etiam alius demonstratiuus dicitur, alius dialecticus, alius sophisticus. Est & alius communis, alius expositorius uulgò dictus. Categoricalis seu simplex syllogismus, est argumentandi ratio, quæ ex duabus enunciationibus concessis tertium necessariò concludit. Duorum enim pronunciatorū duo termini sic cū tertio coniunguntur aliquo, ut eos quoque necesse sit inter se consentire, Aristoteles definit hoc.

hoc.

CORNELII VALERII.

hoc modo: Syllogismus est oratio, in qua positus quibusdam, & concessis (nempe antecedentibus legitime collocatis) aliud quiddam, atq; ea quae posita sunt, necessario conficitur. Constat ex materia & forma. Materia partes, ex quibus componitur, continet terminos tres, totidemq; ex his enunciationes.

Prior. Anal. ca. i. Top. li. Elen. cap. i.

De terminis, & facili eorum inuentione: de syllogismo dialectico & rhetorico. 74.

Arist. poster. Anal. lib. i. cap. 15.

Termini, sunt pronunciati cuiusq; simplicis fines, seu partes, ex quibus ipsum constat, quas subiectum et praedicatum nominant. Termini tres sunt: minor, maior, & medius. Minor est questionis probanda subiectum: Maior, praedicatum. Vtrunq; extremum dicitur, quod cum medio copuletur. Medius, qui fidei faciendae gratia quaesitus, bis ante conclusionem sumitur. Terminorum facilis est inuentio. Nam ipsa questio syllogismo concludenda, quae proponitur, duos continet: minorem & maiorem: ut, Sitne anima immortalis? anima, terminus est minor: immortalis maior. Ad quam questionem confirmandam tertius e locis petitur terminus, causa & ratio questionis, quod argumentum dicitur, & medium. Sit id sane, quod seipsum mouet. Iam ex legitima trium terminorum dimensione ac certo ordine repetitorum, tres conficiuntur enunciationes, & ex his syllogismis, hoc modo: Quicquid seipsum mouet, est immortale: anima autem seipsa mouet,

Minor extremitas. Maior extremitas. Arist. prior. Anal. l. i. c. 33. Medius. *αιτιολογια.* Terminorum inuentio. Proponit]. i. offertur, non inuenitur. questio. Medium vulgo dicitur *το μεσον,* quod est fere vel genus, vel causa, vel effectus, vel pars aliqua definitionis,

I s uet,

TABVLAE DIALECT.

vel repug-
nans, vt in
Topic tradi-
tum est.

Platonis ar-
gum. in Phæ-
dro.

Ratio rectæ
conclusio-
nis.

Syllog. diale-
cticus & rhe-
toricus.

Exemplū in
prima dispo-
sitionis for-
ma, per notā
Darij. Cice.
in somnio
Scipionis.

Quomodo
accipiendū
hic sit verbū
mouetur.

Exemplū in
secunda di-
spositionis
forma, per
notam Ba-
roco,

uet, anima igitur immortalis est. Neesse enim est, si
duo extrema consentiant cum eodem tertio, ea etiam
inter se cōsentire: si alterum dissideat, ea inter se quo-
que dissidere. Sciendum tamen est, non semper inter se
conuenire, quibus cum eodem tertio conuenit, si plu-
ra eidem subiecto non eadem ratione tribuantur: ut si
gallum gallinaceum hominem probes, quòd sit bipes:
aut hominem bestiam, quòd utrunque sit animal. At-
que hic dialecticus syllogismus est, et eo tantum à rhe-
torico differt, quòd ille simplex & tripartitus sit,
unoq; medio concludatur: hic coniunctus, & sepè
quinquepartitus, pluribusq; medijs probetur: ille tri-
bus, hic quinque pronuntiatis absoluitur, propositioni
& assumptioni singulis adiectis approbationibus,
ut hoc ordine partes numerentur quinque: Proposi-
tio, deinde eius ratio, tum assumptio, & huius adiecta
approbatio, postrema complexio: ut, Quicquid sese
mouet, est immortale. id enim, quia nunquam deserit-
tur à se, nunquamne moueri quidem desinit: Animus
autem à seipso mouetur: inanimatum est enim omne,
quod impulsu agitur externo: Animus igitur est im-
mortalis. Mouetur, id est, intelligit, sentit, cogitat, ui-
getq; semper. Aliud ex eodē Cicerone: Quod interit,
ex elementis conflatum est, nam compositione corpo-
ris soluta, abeunt omnia unde orta sunt: Animus au-
tem non est ex elementis conflatus, siquidem his nihil

inma


CORNELII VALERII

innatum est, quod uim memoriæ, mentis, cogitationis
 habet: Animus igitur non interit. Ex quo efficitur, ut
 sit immortalis. Aliud ex paradoxis: Quisquis liber
 est, ei uiuere licet ut uult, cum nihil sit aliud libertas,
 nisi potestas uiuendi ut uelis: Nullus autem stultus &
 improbus uiuit ut uult, quia is demum uiuit ut uult, qui
 recta sequitur, qui gaudet officio, & cæt. Nemo igitur
 stultus & improbus liber est. Quanquam approbas
 tiones hæ singulis adiectæ syllogismi partibus duabus,
 non tam ipsæ partes dicendæ uidentur, quam aliorum
 syllogismorum sumptiones, siue propositio, siue as
 sumptio. Vide Ciceronem de ratiocinatione lib. pri
 mo, de inuentione. Cauendum est hoc loco diligenter,
 ne plures tribus admittantur termini, neue ulla uocæ
 recipiatur ambiguitas. Legitimam terminorum di
 mensionem, ac dispositionem tribus prioribus digitis
 expressam exhibemus, mirè facilem & expeditam.
 Questionis terminus subiectus in infami digito col
 locetur, attributus in indice, medius in pollice, at
 que ab impudico digito ad indicem in qua
 uis argumentandi formula thema cō
 cludatur, ut subiecta manus
 ostendit.

Cautio.
 Arist. prior.
 Anal. cap. 25.
 & 29.

Maion

TABVLAE DIALECT.



De tribus syllogismi pronunciatis. 75.

Propositio
 seu propositum,
 est quæstio
 infinita.
 Sic. in Top.
 Assumptio,
 per quam id,
 quod propositio-
 ne proban-
 dum est, assu-
 mitur.

Enunciationes tres usitatis iam uulgò nominibus
 appellantur, maior, minor, & conclusio. Maior Latine
 propositio dicitur, quæ ex maiore & medio ter-
 mino constat, quod & propositum appellatur. Hac
 prima syllogismi parte uis omnis argumentationis con-
 tinetur: quippe cum generalis ferè sententia sit, et in-
 dubitatum quoddam axioma. Minor, seu assumptum,
 Latine uocatur assumptio, siue sumptio, quæ ex mi-
 nore & medio constat. Altera hæc syllogismi pars est,
 quæ

CORNELII VALERII.

Quæ assumitur, & confirmatur, & ad propositionem accommodatur: uersaturq; in hypothesis, quod Rhetores negotium uocârunt, cui probando ratio seu $\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\pi$ adhibetur: hoc manifestum est, illud cōtrouersum, quod Rhetores appellât $\kappa\epsilon\iota\nu\acute{o}\mu\epsilon\nu\omicron\upsilon\pi$. Propositio & assumptio uulgò etiam præmissæ nominantur, Latine sumptiones. Conclusio tertia pars est, quam Cicero etiam complexionem dicit, Quintil. connexionem, quæ ex minore et maiore termino colligitur, id est, thema iam probatum, quod ex duabus enunciationibus cōficitur. Statum Rhetores uocant, Cicero interdum totam argumentationis formam conclusionem nominat.

Sumptiones.
Cic. lib. i. de diuinat.
Complexio.
Cic. lib. i. de inuent.
Conclusio.
Cic. in Acad. quæst.

De forma syllogismi, de figuris & modis. 76.

Forma syllogismi, est legitima enunciationum dispositio, & recta terminorum dimensio, quæ figuram & modum cōplectitur. Figura est argumenti seu mediij uel subiijciendi uel attribuendi collocatio, & ordo. Figure sunt tres: prima, secunda, & tertia. Modus est qualitatis enunciationum, & quantitatis index, atq; conclusionis genus. Modorum alij sunt generales, alij speciales, alij aientes, alij negantes, qui nomen suum cōplexione ducunt. Sunt autem singularum figurarum plures modi, quos figuris singulis subiicimus. Primæ tribuuntur quatuor modi perfecti & utiles, qui artificiosè cōfectis nominibus appellantur: Barbara, celarent, darij, ferio (quibus addiderūt quinque imperfectos:

Figura?

Modus?

Modi cōplexione nominati.

Barbara,
Celarent,
Darij, Ferio.

fectos:

TABVLAE DIALECT.

Baralipton, Celantes, Dabitur, Fapesmo, Friseforum.
 Celantes, Dabitur, Fapesmo, Friseforum.
 Cesare, Camestres, Festino, Baroco.
 Darapti, Felapton, Disamis, Datifi, Bocardo, Ferison.

fectos: Baralipton, celantes, dabitur, fapesmo, friseforum: Secunda figura totidem: Cesare, camestres, festino, baroco. Tertiae sex: Darapti, felapton, disamis, datifi, bocardo, ferison. In his modorum nominibus, quorum singulae syllabae singulae notant pronuntiatas, quanquam & consonantes, ut suo loco dicemus, aliquid significant, spectandae tamen primum sunt uocales quatuor, a, e, i, & o: quarum a, notat enunciationem generalem aientem: e, generalem negantem: i, specialem aientem: o, specialem negantem, ut sub cap. 42. ostendimus.

Vitia quaedam in conclusione syllogistica vitanda.

Primum praecipuum.

Arist. prior.

Anal. lib. 1.

cap. 25. & 29.

Idem prior.

Anal. lib. 1.

ca. 1. & post.

Anal. l. 1. c. 4.

Dici de omni, & dici de nullo. Nam in prima figura ducit argu. a gne vniuerso ad specie.

Generalia quaedam syllogismorum praecipua. 77.

Termini in conclusione syllogistica non plures tribus admittendi, nec recipiendi sunt ambigui. Vnius enim ambigua significatio quartum procreabit terminum: ut, Omnis taurus mugit, Sydus autem quoddam taurus est, Sydus igitur mugit. Deinde illud in prima figura notandum est, dici de omni, & dici de nullo, quod est de toto genere, et de nulla generis parte dici, ut quicquid de genere dicitur uniuerso, id etiam de formis dicatur: & quicquid de forma, etiam de indiuiduis. Itemque contra, quicquid generi detrahatur, id a formis etiam remoueat: & quod a specie, etiam ab indiuiduis: ut, Quonia omnis fortitudo uirtus est, etiam patientia uirtus est. Si nulla perturbatio uirtus, nec ira uirtus, etc. Observandum hoc quoque est in omni ratiocinatione,

primam

CORNELII VALERII.

primam uel alteram, uel utranq; sumptionum aientem esse, ac primam ferè generalē. Nam ex duabus siue in totū siue ex parte negantib. nihil rectè cōcluditur: sicut nec ex duabus specialibus, siue aientib. siue negantib. ut, Nullus lapis animal est: Nullus autem homo lapis: Nullus igitur homo animal est. et, Aliqui poëta & l. sciui sunt: Prudētius est poëta, lasciuus igitur. Nec rectè cōcluditur ex duabus singularib. seu indiuiduis, si medium communis est terminus: ut, Philosophus aliquis est Plato: Aristoteles aut est philosophus: Aristoteles igitur est Plato. Si uerò medium est singularis terminus, syllogismus fit, quem expositorium nominant: ut, Catilina fuit improbus: Catilina aut fuit nobilis: Aliqui igitur nobiles improbi fuerunt. Si priorum enunciationū altera negauerit, negabit & conclusio: si ex parte dixerit, cōclusio quoq; ex parte dicet. Medium quomā & in propositione & in assumptione positū est, in conclusione repeti non debet. Facile deprehenduntur hæc omnia, & plura etiā obseruari possunt in artificiosis illis modorū uocibus, qualia sunt: In prima figura directò concludente nunquam negantem inueniri assumptionē, nec specialem propositionem: in secunda non esse propositionem specialem, & alteram sumptionū requiri negantē: In tertia non esse negantem assumptionem, nec generalem completionem.

3.

Arist. prior.

Anal. lib. 1.

cap. 24.

Arist. prior.

Anal. lib. 1.

cap. 7.

4.

Syllogismus expositori.

5.

Conclusio semper detriorem partē sequitur.

6.

Singuli termini bis in syllogismo sumuntur.

De prima figura. 78.

Prima

TABVLAE DIALECT.

Arist. prior.
Anal. lib. 1.
cap. 4. & 33.

Barbara.

Ab assum-
ptione vete-
res argumen-
tationes ini-
tium sapē du-
cunt, nonnū
quā & à con-
clusiōe: nec
ad hanc ar-
tis legē sem-
per loquun-
tur.
Cic lib. 1. de
inuent.

Prima figura est, in qua terminus medius seu com-
munis in propositione subiectū est, & idem in assum-
ptione praedicatum seu attributum. Ea quatuor admit-
tit modos perfectos, duos aientes, & totidē negantes:
ac partim generales, partim speciales: barbara, cela-
rent, darij et serio. In his cōcludendi formulis argumē-
tum à genere uniuerso ad speciē ducitur, à definitiōe,
à definito, à causis, &c. Barbara. Bar, Omne bonū est
expetendum. Ba, Omnis aut uirtus est bona. Ra, Om-
nis igitur uirtus est expetenda. At uerō sepius uete-
res ab assumptione initiū argumentationis ducūt: ut,
Omnis uirtus est bona: Bonum aut non est expeten-
dum: Igitur omnis uirtus est expetenda. Soritem hoc
modo feceris, si plures gradatim enunciationes addas.
Aut ita complectemur autore Cicerone, ut in unū con-
ducamus propositionem et assumptionem, hoc modo:
Si bonum omne est expetendum: Virtus aut omnis bo-
na est: Profectō uirtus omnis est expetenda. Breuius
hac forma: Omnis uirtus expetenda est, quoniam bo-
na siue laudabilis est. Cic. 5. Tusc. quæst. Quod si gau-
dere talibus bonis animi, id est, uirtutibus beatū est:
omnesq; sapientes his gaudijs perfruūtur: omnes eos
confiteri beatos esse necesse est. Sed ita concludi po-
test breuissimè: Sapientes sunt beati, quoniam uirtu-
tibus gaudent. Ad hunc modum & alia concludemus:
Auarus omnis est seruus, quoniā cupit et metuit. Aua-
ritia

CORNELII VALERII.

ritia turpis est, quoniā uitiū. Virtus bona est, quoniā
 possessorem facit meliorem. Sapiens est diues, quoniā
 suis rebus cōtentus est. Homo sentit, quoniam animal.
 Hoc genus concludendi, quo breuissimè notatur argu-
 mentū quæstioni subiectū, rectius fortassis enthymez-
 ma rhetoricū appellemus. Id pueri discāt ad absolutā
 syllogismi formā reuocare. Celarent. Ce, Nulla uiolenta
 tia perpetua est. La, Omnis aut tyrannis uiolenta est.
 Rent. Nulla igitur tyrannis est perpetua. Qui cupit
 aut metuit, liber mihi non erit unq̄: Auarus autē, &c.
 Fortune bona nō sunt in bonis, quoniā modò huc, mo-
 dò illuc transferuntur. Diuitiæ non sunt cuiusquā, quo-
 niā amitti possunt. Qui suis bonis diffidit, beatus esse
 quī potest? Vel hoc modo: Auarus beatus non est, quo-
 niā suis bonis diffidit. Cic. Cur mortē malum tibi uide-
 ri dicis, quæ aut beatos nos efficiat animis manētibus,
 aut nō miseros sensu carentes? id est, Mors non est ma-
 lum, quoniā aut beatos nos efficiat, &c. Nulli adoles-
 centes Reip. gubernationi sunt idonei, quoniā rerum
 sunt imperiti. Darij. Da, Quicquid ad imaginem Dei Darij
 factū est, Deiq; afflatu animatum, id incorporeum est
 (nā imago incorporei corpus esse nō potest.) Ri, Ani-
 mus aut humanus ad imaginem Dei factus est. I. Anis-
 mus igitur incorporeus est. Incorporeus est animus,
 quoniā accidentibus caret. Quintil. Solum bonū uir-
 tus. Da, Nā id demum bonū est, quo nemo malè uti po-
 test. Ri, Virtute nemo malè uti potest. I. Bonū est igi-

K tur

TABVLAE DIALECT.

Ferio.

Modi imper-
fecti & indi-
recto con-
cludentes.

Arist. prior.
Anal. lib. I.
cap. 5. 33.

tur uirtus. Clodius iure casus est, quoniam insidiator. Archias est ciuis, quoniã apud Præto- rem populi Ro- mani professus est. Ferio. Fe, Nullus sapiens aegritudine afficitur. Ri, Cato aut sapiens est. O, In Catonem igitur aegritudo cadere non potest. Crassus nõ est diues, quoniam plura cupit. Voluptas nõ est bonum, quoniã hominem pecudi similem efficit. Atq; hi quidem modi sunt directo quid cõcludentes, omniũ perfectissimi, ac tanq̃ regulæ quædam, & examen reliquorũ Quibus alios quinq; adiecerunt, in quibus est inuersus comple- xionis ordo, quo terminus thematis maior, qui attri- bui debebat, subiicitur. Eorũ nomina supra sunt enu- merata: baralipton, celantes, dabitis, fapesmo. friseso- morum. ut, Ba, Omne animal est substantia. Ra, Om- nis aut homo est animal. Lip, Aliqua igitur substan- tia est homo, &c. Ton, quarta syllaba nihil aliud no- tat, nisi uersus absolutionẽ: sicut & in frisesomorum quarta & quinta. Quos quidẽ modos à nobis præte- ritos ijs putauimus relinquẽdos, qui nõ contenti direc- to cõcludendi ratione, inuersam hanc et præposterã cõclusionis formã, q̃ indirectã appellant, excogitarũt.

De secunda figura. 79.

Secunda figura est, cum in utraq; sumptione medi- us terminus attribuitur. Utilis est ad refutandum, & ad sententias uel necessariõ uel fortuito repugnantes concludendum: cum dissimilitudo aliqua formarum ostenditur, quarũ sunt diuersa effecta & officia, Figu-
re

CORNELII VALERII.

re demonstratio ab his pronuntiatis pendet: Remoto genere uniuerso, tollitur species. Dissimilium dissimilis est ratio. Cuius item quatuor numeratur modi, omnes negantes: Cesare, camestres, festino, baroco. Cesare, Ce, Nulli diuites egent. Sa, Omnis aut avarus eget. Re. Nulli igitur auari diuites sunt. Nullus cometa stella est, quonia exiguo tempore consumitur. Nullus inuidus sapiens est, quoniam moeret bonis alienis. Camestres, Ca, Bonum omne possessorem efficit meliorem. Mes, Nullae aut uoluptates possessorem efficiunt meliorem. Tres. Nullae igitur uoluptates bonae sunt. Cic. In mortuo carere ne intelligi quidem potest. carere enim sentientis est: nec sensus ullus in mortuo, ne carere quidem igitur. Sic dialectice conclusatur: Qui carent, sentiunt: Mortui aut non sentiunt: Nec carent igitur. Nullus sapiens inuidus est, quonia non moeret bonis alienis. Idem exemplum modo posui, ut intelligeretur hic modus adem esse, qui superior: nisi quod ex commutatis sumptionibus inuersa conclusio subiicitur. Nullus sapiens est pauper, quonia non cupit. Non est utilitas honesta, quonia pro se non expetitur. Dolor et paupertas non sunt mala, quonia non faciunt deteriore. Amor consilio regi non potest, quoniam nullum in se consilium nec modum habet, ex Terent. Hec breuiter a nobis conclusa facile ad legitimam formam reuocabuntur. Festino. Fes, Nihil uere bonum est, quo quisquam male uti potest. Ti, Pecunia autem potest quis male uti. No. Pecunia igitur non

Locus communis: A quo genus uniuerse dicens remouetur, ab eodem remouetur & species. Cesare. Camestres.

or.
Ro.
line
gi.
es,
nia
odi
ac
bus
ple
tri.
nu.
so.
m.
n.
io.
um
te.
re.
ra
ut.
di.
tes
um
gu
re

TABVLAE DIALECT.

Baroco. est bonum. Caelius non est uoluptuarius, quoniam literarum studiosus. Baroco. Ba, Exilium omne scelerum est poena. Ro, Cicero autem nullum admisit scelus. Co, Cicero igitur exul non fuit. Non interibit animus, quoniam non est ex elementis conflatus.

Arist. prior.
Anal. lib. 1.
cap. 6. & 33.
Vfus tertiae
figurae.

De tertia figura. 80.

Tertia figura est, cum terminus medius utrobique subiicitur. Eius usus in exemplis tractandis potissimum cernitur, sumiturque saepius argu. a specie ad genus (sed non uniuersum, quia omnes sint speciales conclusiones) itemque ab indiuiduo ad speciem: quae colligendi ratio experimentis ferè constat. Habet modos sex, omnes quadam ex parte dicentes: Darapti, felapton, disamis, datifi, bocardo, ferison.

Darapti.
Posita specie
genus ponitur.

Felapton.

Disamis.

Datifi.

Bocardo.

Ferison.

Darapti. Da, Omnis uirtus labore paratur. **Rap,** Omnis autem uirtus pulchra est. **Ti.** Quaedam igitur pulchra labore paratur. **Felapton.** Fe, Nullum periculum uiro forti fugiendum est. **Lap,** Omne autem periculum est molestum. **Ton,** Quaedam igitur molesta non sunt fugienda. **Disamis.** Dis, Quaedam uoluptas appetitur. **Am,** Omnis autem uoluptas est mala. **Is.** Quoddam igitur malum appetitur. **Datifi.** Da, Omnes stulti sunt serui. **Tis,** Aliqui autem stulti sunt diuites. **I.** Aliqui igitur diuites sunt serui. **Bocardo.** Bo, Aliqua bella non sunt fugienda. **Car,** Omne autem bellum est calamitosum. **Do,** Calamitosa igitur aliqua non sunt fugienda. **Ferison.** Fe, Nulli egentes diuites sunt. **Ri,** Quidam autem egentium auari sunt. **Son,** Quidam igitur auari non sunt diuites. DE

CORNELII VALERII.

De syllogismo expositorio. 81.

Arist. hoc at-
tigit in pri.
Anal.

Syllogismus categoricus uulgò in communem & expositoriũ diuiditur. Expositorius est, in quo ex medio seu argumento singulari conclusio generalis colligitur. Ex eo dictus, quòd commune pronunciatum uelut exemplo subiecto exponat. Modos habet duos speciales, aientem & negantẽ, in tertia dispositionis forma concludentes: ut, Cicero est philosophus: Cicero idem orator est: Orator igitur aliquis esse potest, & philosophus. Crassus non fuit sapiens: Crassus autem fuit diues: Aliqui igitur diuites non sunt sapientes.

Ad tertiam figurã refer-
tur syllogis-
mus expositorius.

De quarta figura. 82.

Adiecerunt et quartam syllogismi formam, in qua terminus medius in propositione attributũ est, & in assumptione subiectũ: ut, Sapiens est suis rebus cõtentus: Qui aut suis est cõtentus, is diues est: Sapiens igitur est diues. quã nos ad primæ figuræ dispositionem redigendã censemus. Nam perfectã hæc syllogismi formam induet, si propositio & assumptio altera in alterius locum migrent. Nec enim semper à propositione incipere necesse est, sed ab assumptione etiã licet. Nec ueteres semper hanc artis legem, quã in unoquoq; ratiocinationis genere præscripsimus, secuti sunt. iucunda autem illa est in argumentando uarietas, de qua supra in Barbara primæ figuræ modi admonuimus. Obseruandũ & illud est, apud Latinos recedi nonnunquã à forma syllogistica, sed tamen ui uerborum effici ratiocinationem. Ut illud, Philosophia est uirtus: Socrates

Quartam figuram uocant, cum in prima dispositionis forma propositionem antecedit assumptio.

Observatio.
Ex Laurent. Valla.

K 3 est

litẽ
rum
Co,
quò
ique
mum
(sed
nes)
atio
nes
nis,
la-
est.
on.
ap,
lam
es
otas
ti-
ulti
ara
au-
ali-
uis
on,
de

TABVLAE DIALECT.

est philosophus: Et uirtute igitur præditus. Dialecticè
 posset ita concludi: Socrates uirtute præditus est, quo
 nam philosophus. Sed cauendum est, ne malè coniu-
 ctum ex quibusdam diuisis inferatur, et fallax fiat con-
 clusiuncula: ut, Hæc equa tua est, & eadem mater: igitur
 est mater tua. Non enim licet, si diuersa sunt acci-
 dentia, ex diuisis coniunctum concludere.

Cautio.
 Arist. lib. 1.
 Peri herm.

Arist. prior.
 Anal. lib. 1.
 cap. 23. & 30.
 Et li. 2. ca. 11.
 Obliquus
 argumentan-
 di modus.
 Enunciatio-
 nē contrariā
 intellige con-
 tradicentē.
 Peccata non
 sunt paria.
 Arist. prior.
 Anal. l. 2. c. 2.
 & 11. & c. 20.
 Nihil ex ue-
 ro sequi, nisi
 verū potest.
 Obliquus
 hic arg. mo-
 dus ad secun-
 dā figuram
 eommodè re-
 ferri potest.
 Voluptas nō
 est summum
 bonum.

De obliquo argumentationis ductu, & mox
 breuiter de utroq; reductionis
 genere. §3.

Frequens est, & usitatum bonis scriptoribus hoc
 argumentandi genus, quod dialectici ductū ad impossi-
 sibile seu inconueniens nomināt, nobis obliquus argu-
 mentandi modus appelletur: cū falsum id ostendimus,
 quod ex enunciatione contraria ei, quod probare uo-
 lumus, consequitur, & promiss ipsam contrariam seu
 negantem esse falsam: ut, Peccata nō sunt paria. Huic
 contradicit, Peccata sunt paria. Quæ posterior si uer-
 ra sit, consequitur, æqualiter puniri peccata debere.
 Sed cū hoc falsum esse Leges doceant, falsum erit & il-
 lud, ex quo id colligebatur, peccata esse paria: uerūq;
 postremò conceditur, non esse peccata paria (Quam-
 uis aut uerum sepe ex falso, ex uero tamē nihil sequi,
 nisi uerum potest) id commodè concludere licebit, per
 secundam dispositionis formā: Quæ paria sunt, æqua-
 liter puniuntur: peccata autem non puniuntur æqua-
 liter, non sunt igitur peccata paria. Item, Voluptas nō
 est summum bonum: cui contradicit, Voluptas est sum-

CORNELII VALERII.

sumum bonum. id si recipimus, concedendum erit, uoluptatis gratia fieri omnia. Quod cum sit falsum, necesse est illud ipsum contradicēs, cuius hoc cōsequens est, falsum esse: uerumq; id esse, quod posuimus, uoluptatē non esse summum bonum. Sic, Virtus non est summum bonum. Nam si summū bonum sit, huius gratia fierent omnia. Non fiunt aut uirtutis causa omnia: Nō est igitur summum bonū uirtus. De hac forma Cic. lib. 4. de Finibus ita scribit: Docent nos (ut scis) dialectici, si ea quæ rem aliquam cōsequantur, falsa sint, falsam illam ipsam esse, quam sequantur. Et paulò post: Teneamus enim illud necesse est, cum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse uerum.

De duplici reductione, demonstratiua
& impossibili. 84.

Ne quis fortè obliqua hac argumentandi forma nō contentus, alterum quoq; illum reducendi modū a nobis omissum desideret, utrunq; reductionis genus dialectico, & usitato more breuiter indicabo: quod tamē a properante lectore prætermitti sine dispendio potest. Duplex a Dialecticis tradita est reducendi syllogismos omnes ad quatuor primæ figuræ modos, qui soli perfecti censentur, seu reuocandi ratio, ἀπὸ δὲ ἐκτινὸς ἢ ἀπὸ πρῶτου ἢ ἀπὸ δευτέρου: quarū illam uocāt demonstratiuā seu ostensiuā, quæ directè rem probat: hanc reductionē per impossibile, quæ incommodo urget aduersarium repugnantem. Prior, quā ostensiuam

Virtus non est summum bonum.

Falsum est, ex quo falsū aliquid consequitur.

Totum hoc reducēdi genus ut difficile parumq; necessariū, sine dispendio prætermitti potest. Arist. prior. Anal. l. i. c. 7. & in sequēt. aliquot capitib. vsq; ad 22. copiosè omnia explicat.

TABVLAE DIALECT.

Reductio de monstratiua eandem colligit complexionem. *nominat, fit per terminorum conuersione, et per summationum commutationem, quae eandem colligit complexionem. Altera fit per obliquum argumentationis modum, quae summationum alterius contradicentem concludit.*

Reductio ad impossibile contradicentem concludit. *Omniem ferè hanc reuocationis difficultatè discutient uoces illæ modorum, in quibus præter quatuor uocales, inspiciendæ sunt etiã et notandæ consonantes quaedam reductiois indices: primùm quatuor literæ modorum*

primæ, b, c, d, f, quæ reuocatione significant ad quatuor primæ figuræ modos perfectos: deinde quatuor interiectæ, s, p, m, c. quarum s, conuersionem simplicem notat (nempe eam uocalè, quæ proximè hæc consonantè præcedit, simpliciter esse conuertendã) p, per accidens: m, summationum commutationem: c, indicat cum modum priore forma reductiois reuocari nõ posse, quales sunt baroco & bocardo, sed obliquo tantum ductu ad primam redigi figurã. De reductioe per conuersionem.

Reductio per conuersionem.

Cesare ad Celarent, per simplicem propositionis conuersione ἐπιθετικῶς reuocatur. Camestres ad modum eundem per simplicem assumptionis & complexionis commutationem, et utriusq; summationum in alterius locum migrationem. Festino per simplicem propositionis conuersione ad Ferio: Baroco hac ratione reduci nõ potest. Darapti ad Darij per accidentariã conuersionem, commutata assumptione. Felapton ad Ferio, conuersa itidem per accidens assumptione. Disamis ad Darij, propositione & complexione simpliciter commuta-

tis,

CORNELII VALERII.

his, & altera sumptionum in alterius locum suffecta.
 Datisi ad Darij, per simplicem assumptionis conuer-
 sionem. Bocardo hac forma non reducitur. Ferison ad
 Ferio reuocatur, assumptione simpliciter cōuersa. De
 reductione per impossibile. Obliqua reuocatio fit per
 contradicentem, et sumptionum alterutrā; quo modo
 repugnantem aduersarium eò perducimus, ut uel duas
 cōtradicentes simul esse ueras, uel rectè nos cōclusisse
 fateatur. In secunda figura modis è propositione &
 complexionis contradicente colligitur assumptionis
 contradicens. In tertia figura è complexionis contra-
 dicente & assumptione, contradicens propositionis,
 & nonnunquam contraria infertur. Seruanda est igitur
 in secunda figura suo loco propositio: in tertia as-
 sumptio, & in illa contradicens conclusionis loco as-
 sumptiois erit, in hac propositionis. Omnes huius for-
 mæ reductiones duobus uersiculis comprehendit.

Obtineat, trahit ad primos obliqua secundos,

At duo uerba trahunt ternos, certare tonanti.

Vocales horum uerborū, Obtineat, in secunda figura:
 et certare tonanti, in tertia, quæ technicōs posui, suo
 ordine modos ostendūt (quorū nomen duci à comple-
 xiōe suprā dixi) primæ figuræ, ad quos obliquo ductu
 figuræ secunda et tertia reuocandæ sint. Exempli cau-
 sa, primus secūndæ figuræ modus ad Ferio reuocatur, se-
 cundus ad Darij, tertius ad Celarēt; quartus ad Barba-
 ræ. Tertiæ figuræ modus primus ad Celarent, secūndus

K S ad.

Arist. prior.
 Anal. lib. 2.
 cap. 11.
 De reductio-
 ne per im-
 possibile.
 Usus obli-
 quæ reuoca-
 tionis.

Ratio obli-
 quæ reuo-
 cationis.

TABVLAE DIALECT.

ad Barbara, tertius ad Celarēt, quartus ad Ferio, quintus ad Barbara, sextus ad Darij. Ut si quis hanc fortasse conclusionem neget: Nemo liber seruit: Omnis autem auarus pecuniæ seruit: Nullus igitur auarus liber est: cum sumptiones admiserit, syllogismus ex contradicente conclusionis & altera sumptionum conficiendus est hoc modo: Nemo liber seruit: Aliquis autem auarus est liber: Auarus igitur aliquis non seruit. Atqui pecuniæ seruire auarum, iam concessum erat. Sed de reuocandi generibus satis.

Vide Boëtium de syllogis. hypothet. Dicit quoque syllogis. ex hypothesi, ab Arist. Topi. li. 1. ca. 14. Tripartitus syllogismus hypotheticus est. Sed quinque constabit partibus, si & propositio & assumptio probationis egebunt: quatuor vero, si altera, ut de categorico syllogismo dictum est. Fabius. Hypothetici syllogismi facile ad categoricos reuocantur.

De syllogismo hypothetico seu coniuncto. 85.
 Syllogismus hypotheticus est, cuius hypothetica propositio est: quæ cum triplex sit, syllogismus quoque triplex efficitur: conditionalis, disiunctiuus, copulatiuus. receptis uulgò nominibus ita appellatus: Latine, connexus, disiunctus, et coniunctus. Cōstat hic quoque ex partibus tribus: propositione, sed quæ duas categoricas complectatur: assumptione quæ alteram propositionis partem assumit: conclusione, quæ id quod sumptum est, concludit. Ut, Si peperit mulier, cū uiro concubuit: Peperit aut, concubuit igitur. Oratores breuiter hoc modo etiam colligunt: Cū argentū legauerit omne, pecuniam quoque legauit, quæ est in argento. Ex quo intelligendū est et illud, hypotheticos syllogismos omnes facile ad categoricos posse reuocari. Nec meliorem uideo rationem, qua hypothetica propositionis inuestigetur ueritas, quàm si redigatur ad categoricā.

Nam

CORNELII VALERII

Nam ueram esse hanc hypotheticam: Si liberalis est, profectò etiam iustus est, ex hac intelligitur categorica: Omnis liberalitas est iustitia. Hinc omnis liberalis iustus. et superiorem illam ex hac simplici: Quaecunq; mulier peperit, ea cū uiro concubuit. Cic locum ab antecedentib. consequentib. et repugnantib. utriusq; participē et inuentiōis et iudicij facere uidetur. cuius hæc in Topic. uerba sunt: Cū tripartitò igitur distribuatur locus hic, in consecutionē, antecessionē, repugnantiam: reperiendi argumenti locus simplex est, tractandi triplex. Nos hīc tractabimus antecessionē et consecutionē in cōcludendo: sed suprā sub tabula quarta in explicatione locorū, antecessionem & cōsecutionem temporū tractauimus. Hīc igitur argumentationē ab antecedentibus ductam ita accipies, ut conclusionē ab eo confici intelligas, quod in hypothetica enunciatione duorum membrorū prius est: ut, Si natū est, morietur. Hīc antecedens est & prius membrū, natum esse: unde argumentū ita sumitur: Est autem natum, morietur igitur. Hypotheticorum sunt tres duntaxat modi, si concludendi formā spectemus: si proloquiorum uarietatem, septem numerabuntur, tres connexi, & duo disiuncti, totidemq; copulati seu coniuncti, de quibus Cicero in Top. Primus cōclusionis modus est ab antecedentibus, in quo antecedēte posito seu assumpto, ponitur & consequens seu annexū: ut, Si pius est, beatus erit: pius aut, & c. Et per negantes propositionis par

Quid sit argumentationē ab antecedentibus duci. Tres hypotheticorum modi: connexi, disiuncti, copulati. Cic. in Top. I. Locus cōm. seu maxima propositio: Ponitur antecedens, ut & cōsequens: ponatur seu cōfirmationes.

tes:

TABVLAE DIALECT.

2. *tes: ut, Si nō est pius, beatus non erit: non est aut pius, nec beatus igitur. Secundus uocatur à cōsequentibus, q̄ destructo consequente, perimatur et antecedens. Si consequens, sapiens est, liber est: non est aut liber, nec sapiens igitur. Tertius modus, in quo ponitur antecedens ut consequens tollatur, dicitur à repugnantibus, q̄ his repugnantia sint propositionis membra. Nō si pius est, non erit beatus: pius aut est, & beatus igitur. Non si sapiens est, miser est: sapiens autem est, non igitur miser. Ex hoc illa Rhetorū sunt ex contrarijs conclusa, quæ ipsi enthymemata uocant. cuius generis sunt: Id quod scis, prodest; nihil id q̄ nescis, obest? Hunc metuere, & alterū in metu non ponere? quod ita licebit concludere: Non si hunc metuis, alterum in metu non ponis: metuis autem hunc, alterum igitur in metu ponis. Reliqui modi plures sunt, qui ex disiunctionibus cōstant.*
3. *Locus cōm. Ponitur antecedens, ut consequens tollatur siue euertatur. Rhetorū enthymemata.*
4. *Locus cōm. Quartus: Aut probus est, aut improbus: probus aut, nō igitur improbus. Hic priore disiuncti pronunciatu parte posita, tollitur alterū. Quintus: Aut probus est, aut improbus: non aut probus, improbus igitur. Hoc modo remota parte priore, ponitur alterum. Hæc per disiunctionem efficiuntur, quæ ex membris repugnantibus constant, quorū plus uno uerum esse nō potest.*
5. *Locus cōm.*
6. *Locus cōm. Sextus fit per coniunctionum negantiam, sic: Non & sapiens est, & miser: sapiens autem, non igitur miser. Quomodo ponitur antecedens, et consequens tollitur.*
7. *Septimus item per negantiam, hoc modo: Non & sapiens*

CORNELII VALERII.

piens est, & miser: non autem sapiens, miser igitur.
Hic antecedente sublato, ponitur consequens.

De triplici syllogismo. 86.

Hactenus duplicem syllogismi diuisionē, quæ est ex
forma substantiaq; pronunciatorū, explicuimus: nunc
adijciēda est et altera distributio, quæ est ex materia:
quæ cum triplex sit, naturalis, cōtingens, impossibilis
seu remota (hæc trita uulgò nomina sunt) syllogismū
quoq; triplicem efficit: demonstratiuū, dialecticum, et
sophisticū. Demonstratiuus, ἐπιστημονικός, est neces-
saria conclusio, cōstans ex enunciationibus ueris, per-
petuis, p̄spicuis, necessarijs, & ἀυτοπίσις, quib. alia
nulla est neq; prior, neq; notior: quæ non egēt proba-
tione, sed ipse probationē credibilibus præstāt: suntq;
hæ uel natura notæ, uel doctrina peruestigatæ, uel ex-
perientia compertæ. quæ dicuntur etiā principia, quæ
nemo sanæ mentis negauerit: quorum alia theoretica
sunt, quæ cognitionē regunt, ueluti physica: ut, Totum
sua parte maius est. Et, Si ab æqualib. æqualia demas,
quæ relinquūtur, erunt æqualia. Omnia uerè uel affir-
mantur, uel negātur. Omnia uel sunt, uel nō sunt. Alia
practica, quæ moderantur actionem, ut ethica: ueluti
Deū colere, societate ciuilem cōseruare, neminē lade-
re, suū cuiq; tribuere. Sunt & alia cōmunia, alia pro-
pria uni scientiæ, qualia sunt in omnibus ferè artibus.
Exēpla syllogismi epistemonici huiusmodi sunt: Om-
nis homo disciplinæ capax est, quoniā ratione prædi-
tus.

Locus cōm:
Vide Arist.
poster. Anal.
lib. i.

Contingen-
tis nomine
continentur
& fortuita,
quæ pendent
ex euentu: &
probabilia,
quæ ferè fieri
solent, me-
diumq; inter
necessaria &
fortuita lo-
cū tenent.
Arist. lib. i.
Top. cap. i.
Syllogif. tri-
plex: demon-
stratiuus, dia-
lecticus, &
sophisticus.
Demonstra-
tiuus.

TABVLAE DIALECT.

tus. Aliter, quoniam animal. Sentit, quoniam cerebrū
 habet. Bonum uirtus, quoniā per se expetitur. Ad de-
 monstrandū præcipuē ualēt argumenta ducta à uera
 definitiōe, à genere, à specie, à differentia, à proprio,
 à toto, à partibus, à causis proprijs et effectis, ab ad-
 iacentibus perpetuis, ab actibus proprijs, à repugnan-
 tibus, ab autoritate diuina. Epistemonicus dictus est,
 quasi scientiæ efficiens. Scire porrò est rei causas cog-
 noscere. Et scientia constans est & certa rei notitia.
 Duplex autē demonstratio est: τὸ δ' ἰὸ τ, ex causa, et τὸ
 ὄ τ, ex effectū: illam propter quid nomināt, hanc quia
 est: illā à priore, quod causa prior sit, cū à causis ad
 effecta progredimur (ubi argumentū syllogismi causa
 propria est, quæ cū effectū reciprocari possit: ut, Dis
 es est, quoniā sol ortus est) hanc à posteriore, cū ab
 effectū causas colligimus: ut, Sol ortus est, quoniā cla-
 ra diei lux est. Dialecticus ex probabilibus concludit-
 tur seu credibilibus, ac plerunq; euenientibus, & pro-
 bationis indigentibus. Ad quem ferē referuntur argu-
 menta à descriptiōe fortuita, ab etymologia, à cōiuga-
 tis, ab adiacentibus improprijs, ab actibus fortuitis, à
 similibus, à paribus, à cōparatione, ab autoritate hu-
 mana. Probabilia triplicia sunt: Alia doctis & sapien-
 tib. ac probatis tantū probabilia sunt, quæ uulgò uidē-
 tur incredibilia: ut, Sol terra maior est. Antipodes ad-
 uersa nobis urgent uestigia. Nihil utile, quod non sit
 honestum. Præstat accipere quàm inferre iniuriam.

Scire.

Scientia.

Quæstio,

τὸ δ' ἰὸ τ, cur

ita sit: τὸ ὄ τ,

an sit, seu an

ita se res ha-

beat.

Dialecticus.

Credibilia
triplicia.

Alia

CORNELII VALERII.

Alia uulgò credibilia sunt & indoctis, quæ sapientes
& docti improbant. ut illud Horatianum in auaros?

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum est:

Virtus post nummos. Voluptas est summū bonum.

Sol pedalis est. Quædam probantur & doctis & in-

doctis, quæ credibilia dicuntur communia: ut, Referen-

dam esse gratiam bene meritis, Esse Deum colendum,

esse amandos parentes, &c. Sophisticus ex captiosis

ac fallacibus, rectiq; specie decipientibus constat: cuius

exempla multa sub tabula sexta referentur. Raræ tamē

sophistarū fallaces cōclusiunculæ ueri syllogismi sunt.

De Enthymemate. 87.

Enthymema duplex est: rhetoricum, et dialecticū.

Rheticū ex contrarijs cōclusum: ut, Nulla salus bel-

lo, pacem te poscimus omnes. Fabius: An bonum pecu-

nia, qua quisq; potest malè uti? Dialecticum est imper-

fectus syllogismus (sic appellatus, quòd ad hunc reuo-

cari queat) in quo alterutra sumptionum recitetur:

quã si suppleas, perfectū effeceris in aliqua figura syl-

logismū. Habet enthymema, item ut syllogismus, tres

terminos. Eius duæ partes sunt: antecedens, id est pro-

positio uel assumptio: et consequens, id est conclusio:

ut, Voluptas nō est perpetua, nec propria: non est igitur summū bonum. Hic propositio desideratur, in hoc

assumptio: Bonū omne meliorem efficit possessorem: non est igitur uoluptas bona. Vtrum autem desit pro-

nunciatum, inspecta digitorum dimensio docebit. Vel hanc

Sophisticus.
Idem eodem
loco.

Duplex eu-
thymema:
rheticū, &
dialecticū.
Arist prior.
Anal. lib. 2.
cap. 28.

Partes en-
thymematis
antecedēs &
consequens.

TABVLAE DIALECT.

Cur altera
sumptionū
in enthyme-
mate retice-
ri possit.

hanc sequere obseruationem: Si idem sit antecedentis
et cōsequentis terminus subiectus, desideratur propo-
sitiō: si diuersus, assumptio. Supprimatur aut duplici
ferē de causa alterū proloquiorū: uel quòd euidentius
sit, quàm ut proferatur: ut, Sol oritur, dies igitur est.
idemq; retrò. Vel q; facilius, si exprimatur, argumen-
tationis parū firmæ uitium deprehendatur: ut, Pallet
adolescens, amat igitur. Additum pronunciatū, quod
deerat, argumentationis uel ueritatem uel falsitatem
patefaciet. Utimur hac concludendi forma plerunq;
cū ex signis colligimus: quæ si necessaria sint, erunt
enthymemata necessaria: ut, Peperit mulier, quoniam
lac habet. si probabilia, fiunt & enthymemata proba-
bilia: ut, Hic noctu uagatur, igitur fur est, &c.

De Inductione. 88.

Inductio du-
plex: rheto-
rica, & diale-
ctica.

Cic. in Top.
Fiduciam ac-
cipere dici-
tur, cui res
venditur in-
terposita re-
uendendi fi-
de.

Inductio quoq; duplex intelligi potest: rhetorica,
& dialectica. Inductio rhetorica, est oratio, quæ rem
unā ex pluribus similib. colligit. Cic. Si tutor fidē præ-
stare debet, si socius, si cui mādaueris, si qui fiduciā ac-
ceperit: (id est, is cui res aliqua mancipatur ea lege, ut
eam aliquādo bona fide reddat, & mancipanti reman-
cipet) debet etiam procurator. Si in manu, in brachio,
in pede, alijsq; corporis partibus acceptū insanabile
uulnus ense reciditur, ne pars sincera trahatur: debet
& in capite plaga insanabilis eodem curari modo. Si
pomū optimū censetur generosissimum: si equus opti-
mus, si ager, aliq; plurima, quæ sunt optima, eadē ha-
bentur

CORNELII VALERII.

bentur generosissima: profectò dicentur et generosissimi homines ij, qui sunt optimi, cæterisq; uirtute et scientia præstant, non qui nascendi claritate tantummodo excellunt. Rhetoricam inductionem semper ex interrogationibus constare (quod pleriq; putauerunt) necesse non esse, satis arguit uel unicum illud Ciceronis exemplū, quod modò protuli. Socratica aut illa est inductio, quæ fit, cū pluribus interrogatis, quæ ab aduersario concedi necesse erat, illud ad extremū inferimus, quod queritur, simile iam cōcessis. ut: Quod est pomū generosissimum? nōne quod optimū? et quis equus generosissimus? nōne qui optimus? et plura ad eundem modum. Deinde cuius rei gratia rogatū est: Quid? homo, nōne is generosissimus, qui optimus? fatendū erit. Fabius lib. 5. cap. 11. Sed hoc genus imprudenter et incautè respondentem facile imponet. Dialectica inductio est, per quam ex rerum singularū, quæ similes sunt, inductione res uniuersas probamus: siue, qua totū ex pluribus partibus, uel genus ex formis in totum et omninò colligitur. Atq; hæc colligendi ratio experimentis constat: quomodo omnium artiū præceptiones inuenta fuisse primū uidentur. Contraria syllogismo concludendi forma. Illa enim ex uniuersis rebus singulas demonstrat: hæc aut ex singulis uniuersas colligit. Cuius item partes duæ sunt: antecedens, quod ex rerū singularum coaceruatione constat: consequens, generale pronunciatum ex rebus singulis collectum: ut, Cū ui-

Quis generosus.

Arist. lib. 1. Top. cap. 9.

Socratica inductio, quæ Suidas tertium inductionis generis facit.

Dialectica inductio. Arist. Top. lib. 1. cap. VI.

Vsus. Arist. Top. lib. 8. ca. VI. Idem prior. Anal. lib. 2. cap. 23.

L num

TABVLAE DIALECT.

tionem Rhenanum, uinum Hispanicum, Italicū, Gallicum, &c. calfaciant, nec ullum reperiatur uini genus diuersum: conceditur profecto uinum omne calfaciendi uini habere. Cū nec Romulus fratrem Remum, nec Cæsar Pompeium generum, nec Augustus Antonium, nec alij plurimi, regni socium ferre potuerint: certè nulli principes imperij socium ferre poterunt: Omnisq; potestas (ut Lucanus ait) impatiens consortis erit. Cū sit in Pompeio scientia rei militaris notissima: cū sit uirtus, cū autoritas, cū fœlicitas: negari non potest, in eo uirtutes omnes ac dotes imperatorias eminere. Si functus est quæstura, si ædilitate, si prætura, si consulari, alijsq; honorib. profecto magistratu omni functus est. Rhetorica inductio imperfecta putatur, quòd tamen et si probabiliter apteq; colligit, nulla tamen necessitate cogente concludat: dialectica perfecta, quòd necessario concludat partibus omnibus enumeratis, aut apta aliqua oratiuncula, quæ omissas includat, & eodem habere se modo significet adiecta, necessariam efficiat argumentationem. Sed hîc summoperè cauendum est, ne qua partium dissimilitudo reperiatur: quæ si extiterit, argumentationem subuertit.

Cur imperfecta putet inductio rhetorica, & dialectica perfecta.
Cautio.

Quomodo refutetur inductio.

Arist. prior. Anal. lib. 1. cap. 24.

De Exemplo. 89.

Exemplum est argumentandi ratio, in qua unum ex altero propter mutuum quendam consensum & similitudinem, quæ in utroq; reperitur, inductionis prope modum forma probatur: ut, Si fidem hostibus seruandam

dant

CORNELII VALERII.

dam esse ex eo probes, q. M. Attilius Regulus uitā antit-
tere, q̄ fidem hosti datam fallere maluerit. Fab. iure oc-
cisus est Saturninus, sicut Gracchi. Si propter matrici-
monia uiolata urbes euersae sunt, quid fieri adultero
par est? Exemplum quoq; cū imperfecta uideri que-
at inductio (nam ad hanc reuocari potest) deprehen-
sa dissimilitudine dissoluitur. Vide cap. 69. de compa-
ratione. Arist. exemplum rhetoricā inductionem ap-
pellat, sicut enthymema syllogismum rhetoricum.

Ratio refu-
tādi exēpla.
Quint. lib. 1.
cap. 10.
Arist. Rhetor-
ic. lib. 1.
Cic. in Acad.
quest.

De Sorite. 90.

Sorites est argumentatio, qua gradibus quibusdam
ad conclusionem peruenitur: quae ex enunciationib. ne-
cessariō sequentibus ita cōstruitur, ut attributum pro-
nunciati primi subiectū fiat alterius, & huius attribu-
tum tertij efficiatur subiectum: atq; ita deinceps pra-
cedentibus sequentia connectantur, ut quod est omnium
postremum attributum, id primi pronuntiati subiecto
coniungatur, hoc modo: Anima seipsa mouet: quod autē
seipsum mouet, principium motus est: quod autē motus
est principium, natum non est: quod natum non est, pro-
fecto etiam immortale: anima igitur immortalis est. 15.

Quae enim
de p̄dicato
dicuntur,
de subiecto
quoq; dicun-
tur oīa, vt
ait Arist. lib.
Categ. cap.
de Subst. &
posita regu-
la est sub ca.

Videtur haec argumentandi forma ex pluribus consta-
re syllogismis, qui pro rationū numero confici possunt,
& quae conclusionem antecedunt, praeludia tantum
quaedā iudicantur, ab Arist. dicti προσυλλογισμοί.
Ea colligendi ratio tum demum proba censetur, cū
pronunciata necessariō sequuntur, et posteriora prio-

Prior. Anal.
lib. 1. cap. 26.

TABVLAE DIALECT.

Quādo probus sorites. *rum sunt cōsequentia. Huic non absimilis est κλίμαξ, gradatio, nisi q̄ hęc principium in conclusione, ita ut fit in sorite, nō repetat, ornctq̄; magis q̄ probet: ut, Africano uirtus gloriā, gloria æmulos, æmuli mortē præparauerunt. Dissoluitur sorites, si uel partes non esse præcipuas aut etiā alienas, uel effectus ex causis remotis & improprijs esse collectos arguitur: ut, Quisquis laborat, fit diues: qui diues est, splēdidè uiuit: qui splēdidè uiuit, fit libidinosus: qui multū igitur laborat, fit libidinosus, Nec sorites negās bene coheret ut, Dialectica nō est rhetorica: rhetorica aut̄ est ars: dialectica igitur ars nō est. Solēt hoc loco bonarū consequentiarum regulæ tradi: sed cūm singulæ ferè Dialectices partes, consequentiarum quædam regulæ sint, ac potissimūm ea præcepta, quæ de figuris & modis syllogismorum tradita sunt, & locorum pronunciata, quæ dicuntur Maxime, quas tabula superior continet: nos hīc eas uide-*

Bonarū consequentiarū regulæ.

mur sine iactura posse omittere.

De alijs quibusdā argumentationibus. 91.

Dilēma est, quod aduersarium ab utraq̄ parte concludit. Diuisionem uocat autor rhetoric. ad Heren. lib. 4.

Referuntur et aliæ quædam partim captiosæ, partim locis annumerandæ concludēdi rationes: ut dilēma, enumeratio, simplex cōclusio, subiectio, oppositio, uiolatio. Dilēma, quod à rhetorib. cōplexio dicitur, argumentum est ex duobus membris repugnantib. constitutum, quorū utrumuis concesseris, reprehēditur: ut, Non est ducenda uxor. Nā si formosam duxeris uxorē, habebis coēm: si deformem, molestā. Vitiosum est dilēma, cui

THS

CORNELII VALERII.

ius uel altera pars uel utraq; potest in aduersariū retor
 queri. Inuersione dissoluitur dilemma: ut, Imò uerò ducen
 da est uxor. Nam si formosam duxeris, habebis uolupta
 tem: sin deformē, non communē. Non esse illud antistro
 phon, Phauorinus apud Gelliū lib. 5. cap. 11. probat, q̄
 inter membra quæ uidētur esse repugnātia, sit aliquid
 interiectū, uelut media forma, quam Ennius statam ap=
 pellant, Phauorinus uxoriā: quæ media est inter pulcher
 rimam, et deformissimam. Periculosum est et lubricum
 hoc argumentandi genus, & captiosum: quale est illud
 ἀντιστροφον seu argumentū reciprocū apud eundem
 Gel. lib. 5, cap. 10. de Protagora sophista, & Euathlo
 discipulo, quorū ille inexplicabilem hanc proposuit ca
 ptionem: Aut contra te, aut secundū te pronunciabi
 tur: si contra te, debebis ex sententia: si secundū te, ex
 pacto. Hic ita dissoluit: Aut pro me pronunciabitur,
 aut contra me: si pro me, nihil ex sentētia debeo: si cō=
 tra me, nihil ex pacto. Insolubiles uulgò dicūtur argu=
 mentationes, quales etiā ceratinæ seu cornutæ, crocоди
 linæ et asystata, &c. q̄ uideantur inexplicabiles. Cera=
 tinæ tum fiunt maximè, quū cornuta & subdola inter=
 rogatione respōsum clicimus: quomodo Pharisei Chri
 stum dominum nostrum sunt aggressi, cūm de tributo
 Cesari conferendo quærerēt. Crocodilites est, cūm cal=
 lida circunuenti interrogatione id admittimus, quod
 mox arreptum ab aduersario nobis obest. Fingunt rap
 to puero crocodilū cum matre his uerbis collocutum:

Cōuersione
 refutatur dī
 lemma.

Insolubiles
 argumenta
 tiones.
 Ceratinæ.

Crocodili
 tes.

TABVLAE DIALECT.

Reddam tibi filiū, si uerum dixeris: Vtrum igitur reddam, an non? Negauit illa fore ut redderet, atque ob id equū esse aiebat reddi. Nō reddā, inquit ille, ut uerum dixisse uidear: ne si reddam, falsum dixeris. Nec si me redditurū dixeris, reddam: quoniā falsum dixeris. De utroq; uide Miscellanea Politiani. Asystaton, non consistēs: ut si quis tacere se dicat, uel mentiri, uel nihil scire, ex his ita perficientur sophismata: Igitur qui tacet, loquitur: qui mentitur, uerum dicit: qui nihil scit, scit. Ad has ineptias refutandas, illud ex cap. 40. repetendum est, nō fieri repugnantia, nisi $\mu\tau\lambda\tau\omicron\ \acute{\alpha}\nu\tau\omicron$, siue ratione eiusdem. Pseudomenon, seu mentiens: ut illud, Caelum tegit omnia, igitur $\epsilon\tau$ se tegit. Et, Cretenses sunt mēdaces, dixit Epimenides ipse Cretensis: uerūmne dixerit an falsum, $\epsilon\tau$ sint ne mēdaces an ueraces, queritur. Si uerum dixit, $\epsilon\tau$ sunt Cretenses mendaces: falsum tamen erit, quoniā ab autore Cretensi et ipso mendace pronunciatū est: si non sunt mēdaces, nec Epimenides mendax, et ei credendū est. Dissoluturus hanc inexplicabilem captionem, dices indefinitum hoc pronunciatum, Cretenses sunt mendaces, nō idem ualere, quod generale, ut ne se quidē excepisse Epimenides uideatur: et ut omnes sint mendaces, ipse quoq; in hoc tamen nō cēseatur fuisse mendax, quemadmodū nec is qui admonitus in quiete, ne somnijs fidē haberet, falsum id quoq; somniū putabit. Idem respondendum est ad illud, quod paulò antè posui, loqui eū uideri, qui se tacere dicat: nē

pē cæ

Asystaton.
Socrates nihil scire se profitebat: sed hoc illius dictū ad perfectā quā dā sciētiam pertinebat. Pseudomenon.

Ex specialibus sumptionibus nihil rectè legitur.

CORNELII VALERII.

pè cætera eũ tacere, de quibus loqui desinit. Sic poterat illa quoq; definiri cõtrouersia, quæ Protagoræ fuit cũ Euathlo discipulo, qui redditurũ se mercedẽ promiserat, cũ uicisset primã litem: non ut hãc, sed ut aliam quãlibet possit uincere. Enumeratio est, in qua plurib. rebus expositis, ac cæteris infirmatis, una reliqua necessario cõfirmatur, hoc modo: Quoniam habes istum æquũ, aut emeris oportet, aut hæreditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit, aut ex hostibus captus: aut si horũ nihil est, surripueris necesse est. Sed neq; emisti, neq; hæreditate uenit, neq; donatus est neq; domi natus est, neq; ex hostibus captus: necesse est ergo surripueris. Reprehẽditur argument. si qua pars necessaria probetur omissa. Vide supra locũ à specie. Simplex cõclusio est enthymema, in quo ex antecedenti consequi aliquid necesse est: ut, Peperit, igitur cum uiro cõcubuit. Refutatur argum. si nõ necessaria consecutione consecutũ ostendatur: ut, Si mater est, diligit filium, reprehensurus Medeã proferet, quæ filiũ occidit. Subiectio est, qua querimus quid pro aduersario, aut cõtra nos dici possit: deinde per singulas interrogaciones subiectis rationib. id quod dictũ est, refellimus hoc modo: Quæro igitur, unde iste tã pecuniosus sit factus? amplũ patrimonium relictũ est? at patris bona uenierũt Hæreditas aliqua obuenit? at ab oĩbus exhæredatus est, etc. quare si his rationib. honestis locupletatus non est, restat, ut aut isti domi nascatur aurum, aut unde non

Enumeratio

Cic. lib. i. de inuent.

Enumerations reprehensio.

Simplex cõclusio ex necessaria consecutione cõficit, sed enthymema sepius ex probabilibus & signis.

Simpl. cõcl. refutatio.

Subiectio.

TABVLAE DIALECT.

**Refutatio
Subiectiōis.**

oportuit, surripuerit. Reprehenditur et hæc argumen-
tatio, si aut prætermisſū aliquid ostēdatur, aut ex enu-
meratis aliquid infirmetur. Paruū inter hanc et enume-
rationē discrimen est. Vtraq; ad locū à formarum uel

Oppositio.

partiū enumeratione referri potest. Oppositio est ar-
gumentatio ex repugnantib. cōstans, in qua ex opposi-
to propositionis ad ipsam propositionē reuertimur,
hoc modo: Si eo tēpore, quo hunc hominē in prouincia
occisum dicitis, Romæ fui: relinquitur à me occisum nō
esse. Hæc propositio est et simplex conclusio, quæ fiet
oppositio sic: Nam si eo tēpore, quo occisum hūc dicitis,
in prouincia fuissē, à me occisum suspicari potera-

Violatio.

nō est cur à me hoīem interfectū suspicemini. Violatio
τὸ βίαιον, uolentū, est concludēdi modus, ad refellendū
q̄ ad probandū aptior: in quo ex aduersariorū ratione
nō id, quod ipsi uolūt, sed quod nobiscū facit, sequi de-
mōstramus: ut, Nō est ducēda uxor, quoniā ex cōnubio
in orbitatē et luctū incidimus. Imò ob hoc ipsum ducē-
da est uxor, q̄ alijs liberis procreatis, orbitatem tollat.
Vide Trapezuntium initio lib. 3. de arte rhetorica.

Tabula sexta locorum sophisticorum.

De reprehensionibus, & fallacibus conclu-
siunculis. 92.

**Aristot. lib.
Elench.**

Non satis est in artibus tradendis, quid sequendum
sit præcipere, nisi etiam quid fugiendum sit, doceatur.
Quamobrem de barbarismo & solœcismo Gramma-
tici: de multis oratiōis uitijs Rhetores: de uenenis me-
dici:

CORNELII VALERII

dici: de reprehensionibus fallacibus, & captiosis con-
 clusiuiculis, quemadmodum eas uitemus, Dialectici do-
 cent. Genera uitiosarū & fallacium argumentationum **Elēch. cap. 3.**
 sunt duo. Aliæ enim captiones in uerbis sunt, aliæ in re **Captiones**
 bus. Earū quæ sunt in uerbis, loci seu modi sex tradun- **in uerbis.**
 tur: homonymia, amphibologia seu ambiguitas, cōiun-
 ctio distrahendorum, distinctio coniuictorum, accen-
 tus, et forma orationis. Earum quæ in rebus spectantur, **Captiones**
 septem genera sunt: Accidēs, Dictum ex parte et quo- **in rebus.**
 dam modo, pro eo quod omninò simpliciterq; dicitur:
 ignoratio elenchi, seu reprehensionis: consequens, pe-
 titio principij: id quod causa nō est, pro causa positū:
 plura rogata pro uno posita. In uerbis igitur captio **Homony-**
 prima nascitur ex homonymia, quæ fit in uno uerbo **mia.**
 res diuersas significāte: ut, Letū omne delectabile est: **Aristot. lib.**
 Mors autē est lethum: Mors igitur delectabile. Canis **Elēch. cap. 3.**
 oīs latrare potest: Sydus aut quoddam canis est: Sydus
 igitur latrare potest. Secunda, ex ambiguitate, quæ fit **Ambiguitas**
 in uerborū dispositione, seu oratione plures declaran-
 te sensus diuersos: ut, Aio te Aeacida Romanos uince-
 re posse. Et, Cræsus Halym penetrans magnā peruer-
 tet opum uim. Quo deceptus oraculo Cræsus, cum uim
 hostiū sese peruersurum putaret, peruertit suā. Cic. 2.
 de diuin. Tertia, ex coniunctione distrahendorum: ut, **Coniunctio**
 Qui sedet, stare potest: Socrates autem sedet: Sedens **distrahendo**
 igitur stare potest. Id si coniunctū accipias, falsum est: **rum, vulgo**
 si disiunctū, uerum: quippe sedendo stare nemo potest. **cōpositio.**

L S Home

TABVLAE DIALECT.

Homerus est bonus poëta, ergo bonus est. Homerus est cæcus, et idem poëta: igitur est cæcus poëta. Hic corporis accidēs cum animi habitu copulatur. **Quarta, ex distinctione coniuictorum: ut, Duo et tria, sunt numerus par et impar: quinque autem sunt duo et tria: quinque igitur sunt numerus par et impar.** Vtrunq; locum sæpè usurpant ij, qui insectandi studio aliorū benedicta male narrando, uel addendo, uel detrahendo, deprauant.

Disiunctio coniuictorum, vulgo diuisio.

Accentus. **Quinta, ex accentu: ut, Malum est fugiendum: aliquod aut pomum est malum: aliquod igitur pomum fugiendum.** Omnis ara est consecrata: porcorum autem stabulum est hara: consecrata igitur. Item ex ironia, imitatione, alterius uerborū recitatione. Horat. O ciues, ciues, quærenda pecunia primū est: Virtus post nummos. **Sexta, ex forma orationis, cum non eodem modo idem explicatur.** Ea uocum ac sermonis cuiusq; linguae proprietatē spectare monet. Sæpenumerò enim multiplicem errorem creat linguarū ignoratio. Ex hoc etiā loco fit impostura per impropriā uocum significationem: ut, **Quicquid non amisisti, habes: cornua autem, uel Cræsi opes nō amisisti: habes igitur.** Et cum uerba non pro rebus, sed pro dictionib. capiuntur: ut, **Vbiq; est aduerbium: Deus autem est ubique: Deus igitur est aduerbium. Cicero est homo: Homo autem disyllabum est: Cicero igitur est disyllabum. Animal est genus: Homo autem est animal: Homo igitur genus est. Mus rodit caseum: Mus autem est syllaba: Igitur syllaba rodit**

Forma orationis.

Atqui non amisit, qui nō habuit.

CORNELII VALERII

dit caseum. In rebus captio nascitur primū ex acciden-
 ti, cum idem tribuitur substantiæ & accidēti: & cum
 malè iungūtur accidentia. ut si cum animi qualitatibus
 corporis accidentia copulētur, quod annotauimus etiā
 in loco à coniunctiōe distrahendorum: ut, Quod ego
 sum, tu nō es: ego autē homo sum: tu igitur homo nō es.
 Quā emisti carnē, comedisti: crudā autē emisti carnē:
 crudā igitur comedisti. Vulcanus claudicat, et idem est
 ingeniosus: igitur ingenium eius claudicat. Cuiusmodi
 plures hīc referre libet captiosas tēdiculas, et acutas de-
 lirationes. Nullus panis est piscis: hic comedit panem,
 nō comedit igitur piscē. Nullus equus est canis: Aethiops
 habet equū: non habet igitur canē. Quod nix est, hoc
 grādo non est: nix autē alba est: grādo igitur alba nō
 est. Quod homo est, id equus non est: homo autē animal
 est: equus igitur animal non est. Plato nō est Socrates:
 Socrates autē est homo: Plato igitur homo non est. quæ
 magna ex parte poterunt accidentis et substantiæ di-
 stinctiōe dilui. Secundò, ex eo quod cum sit ex parte
 & quodammodò (id est finitum circumstantijs) sim-
 pliciter & omninò dicitur, hoc est, infinite. Id ita uul-
 gò effertur, A dicto secundum quid, ad dictum simpli-
 citer. Nobis totidem serè uerbis exprimere licebit:
 ab eo quod quadam ex parte seu comparatè dicitur, ad
 id quod simpliciter: ut, Aethiops est albus dentibus:
 albus igitur. Et, Non est albus, nec dentibus igitur al-
 bus est. Licet uxorem adulteram repudiare: repudi-
 anda

Captiones
 in rebus.
 Accidens.
 Arist. cap. 4.

Exēpla acu-
 tarum deli-
 rationum.

A dicto ex
 parte, ad di-
 ctum omni-
 nò: vulgò à
 dicto secun-
 dū quid, ad
 dictum sim-
 pliciter.

TABVLAE DIALECT.

Ignoratio
elenchi.
Huc ptinent
ἔνδοξον, ἀν-
ἀσώματον, ἀν-
τίστοχον, vio-
latio, &c.
Aristot. lib.
Elēch. cap. 4.

Cōsequens.

Petitio prin-
cipij.

Arist. prior.
Anal. lib. 2.
cap. 18.

anda est igitur uxor. Et, Vxorem repudiare non licet,
nec adulteram igitur. Hic diligens est habenda circun-
stantiarum personae, temporis, loci, & comparationis
ratio. Tertio, ex ignoratione Elenchi seu reprehensi-
onis, ad quam captiones omnes Aristoteles referri pos-
se docet. Idem tamen angustius huius loci paralogis-
mos contraxit ad genera quatuor: Vel cum quid non ad
idem, sed diuersa refertur: ut, Duo sunt duplum unius, et
non sunt duplum trium: duo igitur sunt duplum & non
duplum. Vel, cum non ratione eiusdem: ut, Aethiops est
albis dentibus, & corpore nigro: idem igitur est &
albus, & niger. Vel cum non simpliciter & eodem mo-
do: ut, Doctus est arithmeticae, & non est doctus astro-
logiae: doctus igitur est, & indoctus. Vel, cum non de
eodem tempore dicitur: ut, Vidi Paulum heri, & non
vidi hodie: igitur uidi, & non uidi. Quarto, ex conse-
quenti, cum quid non sequitur necessario: quod cogno-
scendum est ex locis communibus quarta tabula tradi-
tis: ut, Panis est, siligineus igitur. uel, Non est siligine-
us, nec panis igitur. Vinum est, Rhenanum igitur. Ter-
ra madida est, pluit igitur. Omnis amans pallet: Pam-
philus autem pallet, amans igitur. Hic in secunda dispo-
sitionis forma aiens conclusio est. Quinto, ex petitio-
ne principij, quae fit primum per tautologiam: ut, Per-
niciosa est ebrietas, quoniam nocet. Anima est immor-
talis, quoniam mortis expers. Deinde cum dubium per
id, quod aequè dubium est, confirmatur: ut, Mobilis est ter

CORNELII VALERII.

ra, quoniam Sol in mundi medio quietus omnia collu-
 strat. Sextò, ex eo quod causa nō pro causa posito: ut, **Quod causa**
 Male sunt diuitiæ, quoniā his abutuntur multi. Vinum **non est, pro**
 malum est, quoniam mala ebrietas. Septimò, ex pluri- **causa positū**
 bus rogatis pro uno positis, ueluti si quis de uno plura: **Plura roga-**
 ut, Sitne homo animal rationis particeps, immortalis, **ta.**
 disciplinæ capax? uel de pluribus unū roget: ut, Sint ne **Arist. poster.**
 homo & equus animalia ratione prædita? Sic duobus **Analy. lib. 1.**
 propositis, quorum sit alterum uerum, alterum falsum, **cap. 12. & lib.**
 queratur, sint ne hæc bona an mala: ut, Sint ne uirtus **Elench. cap.**
 & uoluptas bona? si bona dicantur, consequitur, ut ali- **3. & 4.**
 quid nō bonum uideatur bonum. Mel & fel sint ne dul-
 cia? Quibus occurrendū est distinctione. Atq; hæc qui-
 dem uerborū & rerum captiosa genera sunt ab Ari-
 stotele tradita: quæ faciliè diluētur omnia, si diligenter **Quomodo**
 & cautè spectentur materia & forma fallaciū conclu- **diluuntur**
 suncularū. Materia uerba complectitur & res ipsas: **omnes ca-**
 in qua cum inerit uitiū, dissoluetur arg. uel inficiatio- **ptiones.**
 ne seu negatione, uel distinctione. Inficiatione dilui-
 mus, cum duorum syllogismi pronunciatorū antecede-
 tium alterum negamus esse uerum: uitiūq; prodimus
 argumentorū ex definitione, diuisione, causis, effectis,
 etc. ut, Marsus bonus est poëta, cum multos fecerit uer-
 sus. Inutilis est eloquentia, quoniam inanis fucus est, &
 accersitus ornatus. Aut prodigus est, aut auarus. Nō est
 aut auarus, prodigus igitur. Inutile est absynt. h.
 niam amarū, & c. Distinctione utendū est

erunt
 in sunt

TABVLAE DIALECT.

ni sunt ambigui: ut illud paulò antè positum, *Letum omne delectabile, &c.* Et, *Malum omne fugiendum: aliquod autem ponum est malum, &c.* Qualia possint infinita sophismata ab hominibus ociosis excogitari.

Forma.

Forma argumentationis reprehendetur, cum ex antecedentibus aliquid effici negamus: aliterq; conclusum esse ostēdimus, quàm uel figura uel modus postulet. Nihil enim ex ueris nisi uerum efficitur, si recta conclu-

Arist. prior.
Anal. lib. 2.
ca. 2. 11. & 20.

dendi ratio, ac præscripta dispositionis forma conseruetur. Ex falsis autem uerū concludi nihil prohibet: ut, *Omnis arbor est animal: omnis autem equus est arbor: omnis igitur equus est animal.* Quanquā hanc conclusionem ueram esse ex eo tantum accidit, q; sumptiones falsæ pro ueris concessæ fuisse uideantur. Nam falsitas ueri causa esse nullo modo potest. Vitiosæ formæ hæc sint exempla: *Omnis homo est animal: Nullus aut taurus est homo: Nullus igitur taurus est animal.* Et, *Omnis effusio est uitium: Nulla autem auaritia est effusio: Nulla igitur auaritia est uitiū.* Vtrobique falsum ex proloquijs ueris cōcluditur: ex quo non materiam, sed formam intelligimus reprehendendā, nam in ijs quæ posui, prima figura collocatio est, & modus secundæ. Sed hic, *Omnis homo ratione præditus est: Omnis autē homo est animal: Omne igitur animal est ratione præditum.* complexio generalis in tertia figura cōcluditur. *Amara est nonnunq; materia, & forma: ut, Omnis amara pœnit: St. diosi aut pœnent: Studiosi igitur amant.*

Falsa

CORNELII VALERII.

Falsa est causa, & aiens in secunda dispositionis forma conclusio. Sed hæc hæctenus de ratione confutandi uitiosam argumentationem: quam non putavi pluribus explicandam, quòd cum, qui rectam definiendi, diuidendi, & argumentandi formam nouerit, et locorum canones tenuerit, eaq; præcepta, quæ singulis argumentandi generibus adiecta sunt, meminerit, & omnè deniq; ambiguitatē diligenter cauerit, facile captionē quamlibet deprehensurum existinem.


I A M ad instituti nostri finem peruenimus. erat enim propositum, uiam patefacere studiosis adolescentibus ad Aristotelis Organon, uberrimum illum quidem, uti pleriq; de eo censuerūt, totius artis dialecticæ fontem, sed nō ubiq; perlucidum satis: à quo multi sunt ab eruditissimis hominibus deducti puris aquis faciliq; cursu fluentes riuuli. Plura tamen ab illo fonte & pleniora petant licebit, quos hæc parua non explent. Quamquam hæc ipsa fortassè properantibus ad maiora fecerint satis, si modò ea diligenter excutiantur, quæ breuissimè hoc libello tradita sunt: eademq; usu & exercitatione, multaq; et assidua probatissimorum quorumcunq; scriptorum, tam Græcorum quàm Latinorum, lectione confirmantur.


FINIS.

und

AB 113 012

X 199 73 80





T A B V L A E
 TOTIVS DIALECTI-

CES, ALIARVM ARTIVM INSTRV
 MENTI PRAECEPTA VTISSIMA
breuiter complectentes, ordine perspicue digesta
 Cornelio Valerio Ultraiectimo, publico linguae
 Latinae in collegio trilingui Basiliensi
 no professore.

Nunc ab Autore diligenter ac oti emina recogn
 & breuibus annotationi na argini adiectis
 illustrata, & emen t. s. c. e. t. e.



COLONIAE AGRIPPINAE,
interfusa a Mocerotis.
 ano M. D. LXVII.

